ENUMERATIONIS FOSSILIUM,

Quæ in omnibus Galliæ Provinciis reperiuntur,

TENTAMINA:

Auctore A. J. D. DARGENVILLE, *è Regiis Scientiarum Societatibus Londinenſi & Monte-Peſſulanenſi.*

PARISIIS,

Apud JOANNEM DE BURE, natu majorem, ad ripam Auguſtianam, ſub ſigno Sancti Pauli.

M. DCC LI.

Galli, fateor, nonnulli de rebus naturalibus, imprimiſque de aquis medicatis diſſeruere; at Foſſilia, lapides, mineralia omninò neglexere: in promptu cauſa eſt; ad hoc vel illud ſua quemque voluptas trahit, artiſque ipſius difficultas ſæpe ſæpiùs ab inquiſitionibus deterret, neceſſariiſve amovet ab impenſis, quarum uberrimos fructus orbis eruditus colligeret.

Non ubique illecebris Phyſicæ eò raperis, ut attentè oculis expanſa naturæ miracula diſpicias; has opes proteris & conculcas ſæpiùs, aut ſi ſubreptim conſideras, negligis. Innata quædam propenſio, divinus quaſi afflatus naturæ venatorem facit, alterique litteraturæ morem gerere vetat; quemadmodùm Poeta, ita naſcitur Phyſicus. Quem benigno lumine naſcentem viderit natura, non offendet labor nec mora. Ille perjucundam peregrinationem aggredietur avidè, perſtabit atque obdurabit, & quæ magis involuta abſconditaque videbuntur, eò diligentiùs inveſtigabit.

Utinam ſingulis in Provinciis quilibet Phyſiologus quodcunque patriæ ſuæ veluti peculiare naturæ artificium eſt, annotaret, & annotata conſcriberet? At

penitùs abditas auri argentique venas avidè effodiunt; lapidum autem inveſtigatio profuſiùs quæſtui ſervientes animos minùs titillat: quare reconditi terræ in viſceribus latitant. Muſarum & ſolitudinis amans in conclave ſe committit, vitæ delinimenta ſibi indulgens quærit, benè fortunatè que vivere ſtudet; naturæ autem arcana detegere arduum ſanè eſt multique laboris propoſitum: unde nonnulli quibuſdam Commentariis, quorum fides malè ambulat, credentes, terrarum orbem Laribus aſſidentes pererrant, imò multa æque confidenter loquuntur, ac ſi præſentes certò ſcire valuiſſent.

His certè non levibus de cauſis complures Galliæ Provincias ipſe obii, eâ mente ut iſti materiæ convenientia colligerem. De cæteris verò quas adire non datum eſt, ob munia neceſſariò mihi obeunda, Phyſicos illic degentes conſului, à quibus plurima mihi venit indicatio ab omni erroris ſuſpicione prorsùs aliena; quibuſdam tamen fidem omninò facere non auderem; * Præfectus imò non unus Provinciæ huic propoſito favit.

* Ill. D. De la Bourdonnaye, Regi à Secretioribus Conſiliis, præfectus urbi Rothomago, liberaliumque Artium Patronus benevolus.

Undique igitur accerſitis opibus auctum qualecunque opuſculum iſtud *tentamen* inſcriptum nullatenùs complectitur omnia Galliæ Foſſilia, quorum ferè innumeram multitudinem in unum coire impoſſibile eſt. Nedum igitur hîc habeas methodum Foſſilia in claſſes diſtribuendi juxta eorum affinitatem, ſeu noſtrorum cum peregrinis comparationem, repertorium tantummodò inſtructum eſt, ex quo parata ſumant, qui velint Hiſtoriam naturalem ſcribere. Adumbratio jure diceretur, cujus extremas ducere lineas novis inquiſitionibus abſconditarumque rerum indicio docti fortaſsè quondam aggredientur.

Quorum ſanè operam curamque nedum ſibi arroget hujus opuſculi auctor, nomina eorum lubens enumerabit, talibus ut officiis pro parte reſpondeat.

Quæ de Occitaniâ, ultrò impertivit Ill. D. Bon, Regi à ſecretioribus Conſiliis, & in ſupremâ Regiarum rationum curiâ Monte-Peſſulanenſi primarius Præſes, è Regiis ſcientiarum Societatibus Pariſienſi, Monte-Peſſulanenſi & Londinenſi; de eâdem Provinciâ Dominus Abbas *de Sauvages*, è Regiâ ſcientiarum Monte-Peſſulanenſi Societate: de Britanniâ Ill. D. de Robien, Præſes infulatus in ſupremâ Bri-

tanniæ Curiâ, necnon rebus Litterariis admodùm conſpicuus: de Normanniâ ſuperiore D. Comes de Croiſmare, Hiſtoriæ naturalis ſcrutator eruditus: de Normanniâ inferiore D. Le Cat, M. Doctor, primus noſocomii Rothomagenſis Chirurgus, Anatomiæ Profeſſor Demonſtratorque Regius, ê Societatibus Londinenſi, Madritenſi & Rhotomagenſi: de Campaniâ Dominus Favart, Eccleſiæ Metropolitanæ Remenſis Archidiaconus; de Angedavenſi agro D. Paulmier, M. Doctor, Facultatis Medicinæ Decanus, Univerſitatiſque Andegavènſis Profeſſor, Rector que Emeritus: De Pictavienſi Alniſienſi que Provinciâ D. Girard de Vilars, Collegii Regii Rupellenſis decanus, noſocomii generalis & Sancti Stephani Medicus, Academiæ ſocius, Univerſitatis que Pictavienſis Conſiliarius: de Perigordio D. Peix, Miſſionarius, Seminarii Perigordienſis Sacerdotum laïcorum moderator: de Belgio Gallico D. Mutte, Canonicus magnus que cantorum præfectus in Eccleſiâ Metropolitanâ Cameracenſi, ſcientiarum artiumque liberalium cultor: de Occitaniâ & Ruſcinenſi comitatu D. Hellot, Academiæ Scientiarum Regiæ necnon Societatis Londinenſis Socius: de Burgundiâ

D. Michaut, in ſupremâ Curiâ Divionenſi Patronus litterariis operibus illuſtris: de Aquitaniâ ill. Domina Chazot Du Pleſſy, in ſupremâ Curiâ Burdegalenſi Senatoris uxor vidua, ſcientias Arteſque liberales in deliciis habens: de Lotharingiâ R. P. Dom George, Ordinis Sancti Benedicti è Congregatione SS. Viti & Hydulphi Monachus, Philoſophiæ Profeſſor, in Hiſtoriâ naturali admodùm verſatus.

Si tales in deſcribendis cæteris Provinciis habuiſſem adjutores, nulla hoc in libello divitiis ſuis foret deſtituta. Complures numerare poſſim, inter quas Beneernia ſimul & Navarra, Santonenſis ager, Engoliſmenſis Lemovicenſiſque Provincia, Turonia, Borbonienſis ager Nivernenſis, aliæque, quibus, ô utinam, ad fuiſſent illi eruditi.

Latinis nominibus Concharum marinarum, cùm petrefactæ ſunt, *ites* vulgò addunt. Turbines Turbinites, oſtrea oſtracites dicuntur: aliquandò etiam *ites* tollitur. Hos autem varios uſus meminiſſe lectorem oportet, intellecturum de Conchis petrefactis agi, quæ Foſſilia nuncupantur.

Quod ad Foſſilium ſuper terram adventum ſpectat, res adhuc ſub judice. Veterum opinionibus parva fides eſt; re-

centiorum non major. Alii eruptis è terrâ ignibus montes, in quibus Foſſilium congeries repoſitæ ſunt, è mari profundo extrahunt; alii faciem terræ alluvionibus mutatam volunt, terramque mari, mareque terræ viciſſim ceſſiſſe. Quidam putant ſubterraneis canalibus cum mari confluentibus ad radicem montium allatas fuiſſe Conchas, eorumque ſuper cacumina vapores ſuſtuliſſe ſemina ovaque piſcium, ubi nati periere ſubinde, domumque petrefactam deſeruere. Non magis ſtabilitum eſt ſyſtema circulationis maris cum terrâ, interno motu huic ſponte indito.

Nonnulli æque veriſimilia exponunt ſyſtemata, quæ conſiderare non eſt hîc locus. Omnibus his in altero Conchyliologiæ volumine reponſum erit. Opinionem igitur ſequamur, quæ apud Philoſophos majorem fidem habet. Victrices Diluvii Univerſalis undæ conchylia è mari extraxere, in quo cæteris cum piſcibus formata fuerant; deinde miniſtris fluctibus æquoris altiſſimos in montes ſublevata ſunt; poſtea ſuper terræ faciem diſperſa longo tempore naturam petræ receperunt, figuramque propriam vicinis corporibus adhuc mollibus impreſſerunt. Altitudines

verò immenſæ, ubi ea reperire mos eſt, valles ſeu cavernæ quondam erant, quas terrarum moles pluviis ſolutæ, concuſſibuſque quaſſationibuſve terræ collapſæ, ſenſim compleverunt. Horiſontalia ſuper ſtrata poſitæ in latumiis conchæ manifeſtò probant, ubique terrarum undis fuiſſe devectas; integritaſque earum denotat, mollem admodum fuiſſe vectionem, nulla tenùſque volatiles ignes vimque ullam adhibitam eſſe quibus in longo ſpatio confractæ fuiſſent.

Quæ multis abhinc annis colligit hujuſce opuſculi auctor Foſſilia, quibuſque onuſtus rediit ex itineribus ſuis, ſpolia numero certè multa ſunt, majoraque in diem fiunt. Hæc & alia naturalem ad Hiſtoriam ſpectantia, quorum magna varietas eſt, & oſtendere & impertire gaudebit. In hoc autem libello fruſtrà, amice Lector, quæras locutionis varietatem: ſimilia ſimiliter reddenda fuere; quæ ſi faſtidium movent, materiam potiùs quam auctorem accuſes velim.

INSULA

(a) INSULA FRANCIÆ,

PRÆCIPUA GALLIÆ PROVINCIA,

In quâ continentur Gallia propriè dicta, & aliæ Regiones, ſcilicet (b) Bellovacenſis, ager (c) Valleſia, (d) Hurepœſium, (e) Vaſtinium, (f) Meduntanum, (g) Bria in parte, (h) Comitatus Auguſtomagi, (i) Vexinum Gallicum, &c.

DIVIDITUR ut plurimùm Gallia viginti quatuor in Provincias & ſex tractus Galliæ adjectos, quorum opes naturales ſigillatim hîc recenſentur, exceptis tamen vegetalibus, tam marinis, quàm

(a) L'Iſle de France.
(b) Le Beauvoiſis.
(c) Le Valois.
(d) Le Hurepoix.
(e) Le Gâtinois.
(f) Le Mantois.
(g) La Brie en partie.
(h) Le Comté de Senlis.
(i) Le Vexin François.

A

merreſtribus, conchis marinis, Avibus, Quadrupedibus, Reptilibus, Inſectis, aquis medicatis, quæ ſolummodò ad hiſtoriam naturalem & generalem pertinent.

Quamvis Gallia noſtra fœcunditate metallorum Saxoniæ, Bohemiæ, Hungariæ, Sueciæ, aliiſque hoc titulo celebratis regionibus lubenter cedat, expers tamen non eſt metalli in aliquibus Provinciis: præſertim Ferro abundat, & mineralia d'*Iſturie* in Regno Navarrico, à Romanis olim elaborata, aurum eximium certè indicant.

In ſubterraneis edificii Regii dicti l'*Obſervatoire*, Pariſienſis, congellationum ſtalactitarumque plures rupes videntur.

In ſuburbano Sancti Germani dicto *Vallée Tiſſart* (*a*) Pariſiis, reperiuntur Pectines, Tellinæ, Turbines, ut plurimùm dirupti in effodiendis puteis; occurrunt etiam Buccina, Oſtrea & aliæ conchæ.

In caſtello dicto l'*Hôpital de Biceſtre*, inveniuntur cepæ virides, Oſtrea, Bucardia, Buccina, Tellinæ, Turbines ſeu Troculi in lapide incluſi.

In vico *Vaugirard* propè (*b*) Lutetiam eadem Foſſilia reperiuntur mutilata in fodinis arenariis, additis Pectinibus, Corallo foſſili.

In alio pago vicino dicto *Iſſy* Lapidicinæ varia Foſſilia omnium generum offerunt, præſertim oſtrea, Buccina, Turbines ſeu Torculos in

(*a*) Paris.
(*b*) Paris.

longum porrectos, Oſteocola, Cornua Ammonis. Inter ſtrata lapidum & arenæ tegumina ſtrata iſtarum concharum foſſilium collocata ſunt, & abſque ullâ foſſione, colle apparente & perpendiculariter ſciſſo, è terrâ egrediuntur.

In Planitie oppidulo (*a*) Palatiolo circumvicinâ, octo millibus à (*b*) Lutetiâ, ſaxo vulgò *Grès* Chamarum & Tellinarum nuclei imagineſque infixa ſunt.

Lapidicinæ dictæ S. *Maur*, *Vincennes*, *les Chartreux*, exhibent eadem foſſilia, ſpecialiterque lapides, partim ſilices, partim lapides.

In itinere ad caſtellum *Vincennes*, pone Monaſterium *des Picpus*, in fodinâ arenariâ exiſtunt ſilices ſubflavi foliis arborum inſtructi.

Sub monte Martyrum vulgò *Montmartre*, apparent multæ gypſariæ, Lapis ſpecularis, Gypſum, Talcum & alia Foſſilia.

Aquæ medicatæ in vico *Paſſy*, prope (*c*) Lutetiam ſaluberrimæ, generant Lapides ſpeculares, Pyrites, Echinos ſpatagos, & aliquandò Belemnitas.

Aquæ pagi *Arcueil* ſolâ qualitate lignum, criſtallum, vitrea vaſa, cocleas, balanos indicos incruſtant; anno revoluto reperiuntur iſta corpora non petrefacta, ſed integumento lapideo incluſa.

In calcariis fornacibus vici *Sèves* occurrunt lapides qualitate margæ, in quibus diſtinguntur naturæ ludibria, ſeu folia Arborum ſatis diſtinc-

(*a*) Palaiſeau.
(*b*) Paris.
(*c*) Paris.

ta, undè lapides *Dendrites* nominari meritò poſſunt.

In monticulis vici *de Biévres* lignum petrefactum, in itinere ad (*a*) Verſalias, ſilices, partim lapides, partim ſilices, & ſilices rubro cæruleoque colore infecti inſtar rubri jaſpidis, exhibent. Silices etiam vulgò *Grés* radiis cæruleis venoſi, in imo colore ſubroſeo, ſæpiùs in medio circuli radios ſolis imitantes occurrunt. Reperitur, ſed rarò lapis dictus Timorphytes, ſeu Lithotyros.

Invenitur etiam lignum petrefactum in vicis *Juviſy* & *Champlan* prope (*b*) Lutetiam.

In vico qui vocatur *Champigni*, in itinere ad alium vicum dictum *Oſoy la Ferriere*, eminet ſilex pulcherrimus achatem exprimens, materiæ criſtallinæ lineis circumdatus, polituræque idoneus. Quamvis à Domino *de Réaumur* in Actis Academicis fuiſſet indicatus, in eo inveſtigandò elapſis tribus annis, demùm à Domino Bernardo *de Juſſieu* amico cariſſimo mecum feliciter viſus eſt.

In nemore dicto *Bondy*, quatuor millibus (*c*) à Lutetiâ, ſilices conchis dictis Planorbis inſtructi reperiuntur.

In prædio *Grignon* prope (*d*) Verſalias extant fodinæ arenariæ, ex quibus oritur concharum foſſilium magnus numerus albido colore exiguâque formâ. Apparent præcipuè Murices

(*a*) Verſailles.
(*b*) Paris.
(*c*) Paris.
(*d*) Verſailles.

Buccina, Turbines, Globoſæ, Pectines, Chamæ, Cocleæ depreſſæ vulgò l'*Eperon*, Tellinæ, Harpa nobilis, Porcellaneæ, Mitella Sinenſis vulgò *Cabochon*, conchæ rariores ſeu, Anomiæ, & Buccardia.

In vico *Ennonville* prope *Meru* inveniuntur eadem Foſſilia : addere eſt corallum foſſile, Oſtrea vulgò *Pleure d'Oignon*, Gloſſopetras, Cocleas ſemi-lunares id eſt Neritas, Tubulos marinos, Globoſas, &c.

In alio vico dicto *Errouville* prope (*a*) Ponteſium reperiuntur ſimiliter in fodinis arenariis cocleæ ore depreſſo in altum editæ, vulgò *le Sabot*, Tellinæ, Buccinaque cum ramificationibus (*luſus naturæ*) ſparſim diſpoſitis, quod huic loco peculiare eſt.

Foſſilia & Gloſſopetræ ſeſe offerunt in loco *Stoors* prope eandem civitatem, congerieſque lapidum Pectinibus Buccinibuſque inſtructorum.

Ad caſtellum *Anet* ab Henrico II. in gratiam Dianæ *de Poitiers* conſtructum, lapides communes, id eſt qui meatus laxiores grumumque craſſum habent, inſtar geodis, ſilices nigros in medio includunt.

Intra caſtellum *Anet* & locum dictum *Ivry*, in loco appellato *Breuil-Pont*, occurrunt Echini, ſiliceſque cylindrici, cavi, criſtalliſationibuſque inſtructi.

In vico *Gacourt* prope oppidum (*b*) Luſa-

(*a*) Pontoiſe.
(*b*) Luſarche.

cram, duodecim millia paſſuum à (*a*) Lutetiâ, in agro nominato *des Quatre Vents*, extrahuntur lapides duritie præditi, quorum foramina turbinorum formam referunt; alii offerunt imagines ſeu nucleos Buccardiorum & Pectinum.

In lapidicinis *de S. Leu* non longè à caſtello *de Chantilly*, lapides naturâ molles eodem modo offerrunt nucleos Buccardiorum, Pectinum, & aliorum foſſilium.

Prope vicum *Conflans Sainte Honorine*, videntur Cryptæ congellationibus diverſiter condecoratæ.

In cellâ vinariâ caſtelli (*b*) Fontis Bellaquei dictâ *Preſſoir du Roy*, congellationes tubulatæ è fornice dependentes inveniuntur.

In loco dicto *Herſe*, quatuor millia paſſuum ab urbe (*c*) Droco, tollitur mons magno concharum numero refertus, ſed rarò ſanarum.

In vico Trilport, duobus millibus à civitate (*d*) Meldâ, ſilices undulati reperiuntur; in vico *Lizy* vicino, in montibus in ſabulo ſubtili, conchæ exiguæ inveniuntur.

Facilè invenit curioſus naturæ ſcrutator prope (*e*) Crepiacum lapides ob ſimilitudinem monetæ dictos numiſmales; ille locus vocatur *Oroüy*.

In territorio *Valois*, prope locum dictum *Venteul*, & receſſum montibus proximum, pur-

(*a*) Paris.
(*b*) Fontainebleau.
(*c*) Dreux.
(*d*) Meaux.
(*e*) Crépy en Valois.

puræ

puræ, Pectines, Muſculi, Chamæ, Oſtrea, pleræque Conchæ marinæ reperiuntur.

In montibus territorii *Vexin* prope (*a*) Calvum-Montem apparet magna Concharum varietas, ob integritatem à curioſis naturæ amatoribus inveſtigata; præcipuè occurrunt Echini-ſpatagi, Chamæ craſſiores, eximii ſilices & Cornua Ammonis.

In iſto Territorio, quatuor millia paſſuum ab eâdem civitate, in Curiâ *de Mons*, in declivio montis eadem foſſilia miniſtrantur.

In Curiâ *Du Four*, ſex millia paſſuum à civitate (*b*) Vernonio, reperiuntur in Fodinis arenariis quinque Concharum ſpecies abſque ullâ foſſione.

In aliâ Curiâ d'*Auvergne*, octo millia paſſuum ab eâdem civitate, oculis objiciuntur Oſtrea cinereo colore, & recubantia ſtrata per ſtrata ad profunditatem trium pedum: aqua ſurgit eo momento, quo effodiuntur Conchæ.

Non longè à civitate (*c*) Ponteſio, vici dicti *Genicourt*, *Marine*, *Berval*, *&c.* in arenæ flavæ congeriebus marcaſſitas ferri non abſoluti exhibent, in quibus auri argentique particulæ inveniuntur.

In vico *Genimille*, mille paſſus ab urbe (*d*) Magniaco, in itinere ad civitatem (*e*) Ro-

(*a*) Chaumont.
(*b*) Vernon.
(*c*) Pontoiſe.
(*d*) Magny.
(*e*) Rouen.

thomagum, extant argenti mineralia ob aquas affluentes deſerta.

Litantracis mineralia in vico *Bazemont*, prope (*a*) Meduntum, & in loco *Bonaſte* reperiuntur.

Alia Lintantracis mineralia in loco dicto l'*Iſle-Adam*, in effodiendis puteis ſæpiùs occurrunt cum ſuccino Conchiſque piritoſis.

In itinere à (*b*) Lutetiâ ad urbem (*c*) Compendium, ad radices montium, in loco dicto *le fond de la Louviere*, Concharum congeries invenitur dicta *Blin* : omnibus lapidibus poroſis Turbines Buccinaque infixa ſunt.

(*a*) Mante.
(*b*) Paris.
(*c*) Compiegne.

(a) PICARDIA,

PROVINCIA GALLIÆ, quæ continet decem Regiones; (b) *Bolonienſem Comitatum*, (c) *Tirarciam*, (d) *Noviomenſem*, (e) *Laudunenſem*, (f) *Sueſſionenſem*, *quæ pagum* (g) *Veromanduos*, (h) *Pontiviæ tractum*, *&c.*

INTER (*i*) Noviomum & (*k*) Cociacum reperiuntur in montibus vici *Bluſancourt* congeries Concharum petrefactarum, id eſt foſſilium quorumlibet.

Prope (*l*) Laudanum arena criſtallina colligitur, ex quâ Kali Hiſpanico commixtâ fabricantur ſpecula in vico S. *Gaudin* dicto.

Juxta (*m*) Noviomum occurrit lapis numiſmalis ſic dictus ob ſimilitudinem monetæ, quem alii vocant lenticularem: lapis in duas partes diviſus exhibet circulos formâ funis; nominantur vulgò *Liards de S. Pierre*.

(*a*) La Picardie.
(*b*) Le Boulenois.
(*c*) La Tiérarche.
(*d*) Le Noyonnois.
(*e*) Le Laonnois.
(*f*) Le Soiſſonnois.
(*g*) Le Vermandois.
(*h*) Le Ponthieu.
(*i*) Noyon.
(*k*) Coucy.
(*l*) Laon.
(*m*) Noyon.

In locis civitati (*a*) Sueſſioni circumjectis, ſimilium lapidum congeries in montium declivio inveniuntur; alii exiguiores abſque circulis & ſpiralibus videntur.

Prope eamdem civitatem, tum in valle, tum in montibus circumvicinis occurrunt vulgò Oſtrea, Gloſſopetræ, lapides diverſimodè figurati, piſcium oſſa petrefacta, lignum foſſile, Pyrites figurâ diverſi, ex quibus vitriolum extrahitur, variæ ſpecies terrarum nigricantium Litantracis naturæ; rarò demùm ſuccinum ad quatuordecim vel quindecim pedum profunditatem invenitur.

Non longè à civitate (*b*) Calniacâ, ſex millium à (*c*) Noviomo ſpatio, in effodiendis puteis occurrunt permulti Echinites, ſæpiùſque Succinum, omneſque Lapidicinæ demonſtrant Conchas lapidibus infixas.

Duo millia paſſuum à (*d*) Noviomo invenitur terra nigra ſulphureaque Pyritibus mixta, ex quâ vitriolum facilè extrahitur.

Circumvicinia civitatis (*e*) Boloniæ ad mare producunt Cornua Ammonis, Foſſilia, lapides ceruleos frequentemque Litantracem.

Effodiuntur ex Territorio *Marquiſe*, in vico portui (*f*) *Ambletuſæ* vicino, marmora fulva nigro maculata, partim polituræ idonea, quæ *Stingal* dicuntur.

Idem dat Territorium marmora cinerei co-

(*a*) Soiſſons.
(*b*) Chauny.
(*c*) Noyon.
(*d*) Noyon.
(*e*) Boulogne ſur Mer.
(*f*) Ambleteuſe.

loris rubro aliquantulùm donata, *Linghon* nuncupata, inſuper & alia marmora ſubrubra maculis albis & irregularibus cooperta; his nomen eſt *Macarné*.

In vicis *Bergues* & *Landreton*, prope civitatem (*a*) Boloniam, lapis dictus *Stingal* diverſi coloris extrahitur regioni perutilis.

In Monaſterio *de Prémontré*, prope (*b*) Sueſſionem, Gloſſopetræ exiguæ diverſique coloris reperiuntur.

Duo mineralia Lintantracis ſunt in hâc Provinciâ; alia ſtanni mineralia in maris littoribus prominentibus propè *Vriſſant* occurrunt.

In loco *Buſancy* appellato, ſex millium à (*c*) Sueſſione ſpatio, apparet mons qualitate margæ, qui naturæ ſtudioſo liberaliter oſtendit foſſilia, præcipuè Bivalvia, Pectines, Oſtrea, Chamas, Tellinas, Cornuaque Ammonis.

In Sylvâ dictâ *S. Michel*, & in delectu *Guiſe*, multæ fabricæ ferrariæ extant.

In locis vico prope civitatem (*d*) Laudunum circumjectis, occurrunt terræ inflammabilis ſtrata, in quibus ſuccini partes apparent.

Extant Aluminis mineralia in vicis *Bourry* & *Couvigny*, in delectu (*e*) Laudunenſi.

Alia Litantracis mineralia occurrunt in Parochiâ d'*Ardingheim*, prope (*f*) Boloniam: altera verò Litantracis mineralia in Parochiâ *Rethy* reperiuntur.

(*a*) Boulogne ſur Mer.
(*b*) Soiſſons.
(*c*) Soiſſons.
(*d*) Laon.
(*e*) Laon.
(*f*) Boulogne ſur Mer.

(a) NORMANNIA.

IN lapidicinis montis dicti *Sainte Catherine*, ad portas (b) Rothomagi, Cornua Ammonis, Bivalvia, Petunculi, Chamæ, Concha rarior anomia vertice roſtrato, Nautili magnitudine conſpicui, ſilicibus adhærentes Echini, reperiuntur.

Quatuor millia paſſuum ab eâdem civitate in loco dicto *Caumont*, prope oppidulum (c) Bulliam, eſt lapidicina dicta *Jacqueline*, cujus ingreſſus extat in uno veſtibulorum immenſorum, quæ in hoc ſpecu videntur. In aditu Cryptæ altitudine latitudineque inæquali, cogitur curioſus curvatum ambulare. Accedit ad primam cryptam, quæ viginti duos pedes diametraliter habet duodecimque altitudinis, & diſtat ab ingreſſu centum & ſeptem pedibus. Parietes columnis ſeu fiſtularum ordinibus, altaribus, ſtalactitibuſque figurâ diverſis teſtudine ad terram dependentibus laqueatæ ſunt. Teſtudines verò pyramidibus, ſtalactitibus in lampadis apicem deſinentibus ſunt ornatæ. Iter quinquaginta pedum ad aliam cryptam deducit, quam ſtalactitum concuſſus in duas partes dividit eodemmodò inſtructas. Ancipitem cryptam quarta ſequitur exiguior, ſed venuſta; ad viginti verò quinque pedes lapidicina plana & anguſta videtur

(a) La Normandie.
(b) Rouen.
(c) La Bouille.

ſtalactitibuſque obſtructa. Demùm ingreditur in ſemi-cryptam congellationibus albidis decoratam, ex quâ iter quadraginta novem pedum ducit in aliam cryptam ampliſſimam argillâ plenam, & ad itum viginti novem pedum, cujus extremitas omninò clauditur. Numerantur omninò 507 pedes & dimidium.

Stalactites exiguiores, laminibus lucidis compoſiti, è marga extrahuntur ſub lapidum ſilicumque ſtratis, quæ littorum prominentium fundamenta efficiunt in itinere *du Port Saint-Oüen*, quatuor millibus ab urbe (*a*) Rothomago.

In monte *Cailly*, prope oppidulum & caſtellum *Gaillon*, reperiuntur Cornua Ammonis, Nautili, ſiliceſque figuram Echinorum in ſuperficie repræſentantes.

In hortis Prædii *Gaillon* extat fons inſtar cryptæ ſtalactitibus corporibuſque in lampadis apicem deſinentibus munitæ, plantiſque particulas petroſas habentibus undique perforatas circumdatæ, res in eum injectas petrificans.

In monte dicto *le Mont aux Malades*, verſùs (*b*) Rothomagum ſeptentrionalem, Echinites, Pectunculites, Chamites, Bivalva lapideſque Judaici inveniuntur.

In declivio montis dicti *Renard* vicino, eadem foſſilia Toſique quantitas & lapides communes occurrunt.

In vallibus dictis *Marum*, *Malanné*, *Bon-*

(*a*) Rouen.
(*b*) Rouen.

deville, in locis civitati (*a*) Rothomago circumjectis, trium millium ſpatio ſub terrâ communi reperiuntur Toſus petroſus quatuor pedibus craſſus, fragmenta ligni petrefacti, fiſtulæ ſiliceæ incruſtationibus circumdatæ, ſtalactites, Conchæ fluviatiles diverſæ, animaliumque variæ partes.

Quinque millium à civitate (*b*) Franciſcopoli duorumque millium ſpatio ab urbe (*c*) Honsflorio, prope caſtellum *Orcher*, ad radicem littoris prominentis præruptique, incruſtationes, & criſtalliſationes ſcaturigine formatæ ſunt, ex quâ aqua effunditur in rupium congeries, ſtalactites in lampadis apicem deſinentes, & cryptas, quæ Phyſici admirationem producunt.

Prope promontorium *de Caux*, quinquaginta paſſuum ſpatio ab eâdem civitate, ad littora maris lapidum cumulus Oſtrea, Arcas Noë, Bucardia, Chamas, Neritas, Muſculos, Cornua Ammonis, Trochos, maris Fungos, Raſtellaque offert.

In eodem territorio *de Caux*, omnes Conchæ marinæ foſſiles, Silices criſtalliſati, Raſtellum, Fluores, Stalagmites, Geodeſque in Fodinis inveniuntur.

Littora prominentia dicta d'*Orival* territorii (*d*) Elbovii exhibent Bivalvia, Pectines, Oſtrea roſtro recurvo, Alumenque nativum.

Prope oppidum *Forges* aquis medicatis per-

(*a*) Rouen.
(*b*) Le Havre.
(*c*) Honfleur.
(*d*) Elbeuf.

celebre, decem & octo millibus ab urbe (*a*) Rothomago, reperitur terra plumbeo colore fabricandis cruſelinis idonea ſpeculorum officinæ dictæ S. *Gaudin*, quæque terra figulinis vaſibuſque fictilibus admodùm utilis eſt.

Non longè ab Abbatiâ civitateque (*b*) Fiſcano, occurrit lapidicina Conchis marinis petrefactis genere figurâque diverſis inſtructa; alia verò in eâdem civitate ſilicum conglutinatorum inſtar Angliæ ſilicum in rupibus immenſis concreta.

In littoribus prominentibus prope (*c*) Deppam Chamæ, Oſtrea, Bucardia, Tellinæ, Buccina, Echinique occurrunt, in quorum radice ſilices craſſi reperiuntur, qui dirupti Echinos varios, Muſculos, Dendrites, criſtalliſationeſque figurarum varietate inſignitas denotant.

Prope civitatem (*d*) Franciſcopolim eædem rupes inveniuntur, plureſque videntur exiguarum molarum figuram referentes.

Foſſilia dicta *le Coq & la Poule* vulgaria ſunt in Comitatu d'*Eu*, quatuordecim millia paſſuum à civitate (*e*) Deppâ.

Mineralia Ferri inveniuntur in territoriis d'*Onches*, *Vaugoins*, prope *Conches*, *Baſleroy*, *a Ferriere*, *Aulines*, *Breteuil*, *Angles & Conlé*, *Carrouges*, S. *Evroul*, *la Roche*, S. *Cern*, prope civitatem (*f*) Alenconium; in multis

(*a*) Rouen.
(*b*) Feſcamp.
(*c*) Dieppe.
(*d*) Le Havre.
(*e*) Dieppe.
(*f*) Alençon.

locis ad urbes (*a*) Sagium, (*b*) Argentanum, (*c*) Faleſiam, (*d*) Donfrontium, *Notre-Dame des Bois*, *Orville*, in territorio *Lieuvin*, in alio dicto *le Cotentin*, in prædio *Littry*.

Prope (*e*) Giſorium extant mineralia ejuſdem metalli dicta *Dangu*, quorum marcaſſitæ partibus ſplendentibus plenæ ſunt.

Silex dictus Adamas (*f*) Alenconii idem eſt ac criſtallus nativus incluſuſque in lapide partibus lucidis inſtructo. Hic lapis dicitur *Artrée*, in fontibuſque vici ejuſdem nominis invenitur duo millia paſſuum à civitate (*g*) Alenconio.

In diœceſi (*h*) Sagienſi prope urbem ejuſdem nominis, in territorio duodecim millia paſſuum procurrente, Conchæ marinæ petrefactæ conſperſæ videntur: notandum autem hoc territorium quadraginta millium ſpatio à màre diſtare, concharumque genera plura adhuc ignota & Provinciæ peregrina videri. Tales ſunt Gryphites, Conchæ anomiæ rariores vertice roſtrato, ſeu Terebratulæ, Oſtrea inſolitè plicata à Liſtero dicta Raſtella; inveniuntur etiam Oſtrea communia, Chamæ, Tellinæ, Turbines, Echini-ſpatagi, Cornua Ammonis, Entrochi, Muſculi, Aſtroïtes, Corallum

(*a*) Séès.
(*b*) Argentan.
(*c*) Falaiſe.
(*d*) Domfront.
(*e*) Giſors.
(*f*) Alençon.
(*g*) Alençon.
(*h*) Séès.

foſſile, criſtalli, ſiliceſque criſtalliſati.

Crypta ſita eſt prope civitatem (*a*) Vernum, viginti millia paſſuum ab urbe (*b*) Rothomago & duodecim à civitate (*c*) Ebroicâ, criſtalliſationibus ſtalactitibuſque conſpicuis dives.

Foſſilia dicta *Pilliers*, figurâ oblongâ, quæ in trunculos diviſa formam quadratam effingunt, prope (*d*) Sagium inveniuntur, aſſimilanturque eis, quæ præbet urbs (*e*) Venſotia.

Duodecim millia paſſuum à civitate (*d*) Cadomo videntur cryptæ criſtalliſationibus congellationibuſque ornatæ in loco dicto *Armanches*, quatuor millia paſſuum ab urbe (*f*) Bajoco.

Prope Plantarum hortum, in itinere ad eamdem civitatem, inveniuntur lapidicinæ dictæ *Ranville*, Concharum petrefactarum quarumlibet divites, præcipuè Nautilorum integrorum, quorum concamerationes ſæpiùs criſtalliſationibus inſtructæ ſunt; tùm in effodiendis terris, tùm in ſuperficie poſt ampliſſimos imbres apparent. Inveniuntur etiam lapidum ceſpites congeriem diverſorum foſſilium oſtendentes, Geodeſque margâ repleti, Conchæ dictæ *Poulettes*, Cornua Ammonis, Trochi, Buccina & alia.

(*a*) Vernon.
(*b*) Rouen.
(*c*) Evreux.
(*d*) Séès.
(*e*) Beſançon.
(*f*) Caën.
(*g*) Bayeux.

In loco *Guibray*, quod (*a*) Faleſiæ ſuburbium eſt, duodecim millia paſſuum ab urbe (*b*) Cadomo, occurrunt lapides globoſi dicti *Poulettes.*

Ripæ prominentes fluminis (*c*) Divæ, prope civitatem (*d*) Honsflorium in territorio d'*Auge* inferioris Normanniæ, præbent Cornua Ammonis criſtalliſata, metallifera, Fluoribuſque mixta, Pyrites lucidos.

Prope (*e*) Alenconium extat lapidicina, ex quâ trahitur lapis niger dictus *Terre Ampelite*; inveniunturque in locis vicinis Turbines, Coclites, Bucardiaque ſtriis exterioribus inſignita.

In littoribus rupis dictæ *des Vaches noires*, quatuor millia paſſuum à vico (*f*) Divâ, vulgò reperiuntur Oſtrea admodùm craſſa, Gryphites, Cornua Ammonis, arboreſque in glebas exſiccatas igniarias redactæ.

Ferri mineralia in monticulo *Montboſe*, *Archaut*, in Electu urbis (*g*) Viriæ territorioque dicto *Becage*, occurrunt.

Ferrariæ fabricæ extant in locis *Dannon* & *Halouſe*, ad quas mineralia *Montboſe* & *Archaut* in partes diviſa afferuntur.

Aliæ Fabricæ ferrariæ extant in territorio *Bray*, ad Picardiæ confines, & in Curiâ *Eſcublay*, in Vice-Comitatu (*h*) Aquilæ.

(*a*) Falaiſe.
(*b*) Caën.
(*c*) La Dive.
(*d*) Honfleur.
(*e*) Alençon.
(*f*) Dive.
(*g*) Vire.
(*h*) L'Aigle.

Mineralia Ferri in eodem Vice-Comitatu octo millia paſſuum ab urbe (*a*) Aquilâ inveniuntur: alia dicta *Grenée de Breteuil*, dicta *Foye de Veau*, alia Poix *de Breteuil*, alia *Chao* prope *Meſſereau.*

Ex terrâ friabili exiguæ micæ auri extrahuntur in vico *Tracy le Bocage*, intra (*b*) Fanum Sancti Laudi & Abbatiam de *Villers*, ſexdecim millia paſſuum ab urbe (*c*) Cadomo. Aliæ in Curiâ *de Bonnevale*, prope (*d*) Lexovium. Invenitur etiam lapis Lazuli, & in vico *Toucque* ejuſdem Epiſcopatûs gleba exſiccata igniaria, in quâ reperiuntur gladioli, arboreſque viginti quatuor pedibus longæ.

Cupri mineralia in ſylvâ *de Briquebec* territorii (*e*) Conſtantienſis inveniuntur.

Plumbi mineralia in loco *Pierreville*, prope urbem (*f*) Faleſiam, & in alio dicto *Carolles* Diœceſis (g) Abrincenſis occurrunt.

Alia Litantracis mineralia in vico *Littry*, duodecim millia paſſuum à vico *Balleroy*, in territorio (*h*) Conſtantienſi apparent.

Alia Cobalti in civitate (*i*) Ponte-Audomari, viginti millia paſſuum ab urbe (*k*) Rothomago.

(*a*) L'Aigle.
(*b*) S. Lô.
(*c*) Caën.
(*d*) Liſieux.
(*e*) Le Cotentin.
(*f*) Falaiſe.
(*g*) Avranches.
(*h*) Le Cotentin.
(*i*) Ponteau-de-Mer.
(*k*) Rouen.

Alia vero Hydrargyri inveniuntur in Parochiâ dictâ *la Chapelle en Jugers*, in delectu (*a*) Fani Sancti Laudi, & prope urbem ejuſdem nominis in territorio Conſtantienſi, octo millia paſſuum à (*b*) Conſtantiis caſtris.

In Vice-Comitatu & urbe (*c*) Aquilâ, ſexdecim millia paſſuum ab urbe (*d*) Sagio, Cornua Ammonis metallifera, Silices criſtalliſati, lapides figurati ſcilicet Ficoïdes, Pyrites, Gryphites, lapidum Ceſpites, Cryſtalli laminibus cooperti, & alia.

Inveniuntur Oſtrea, lapideſque detritu Concharum compoſiti, præcipuè Bucardiorum, aliaque foſſilia inter vicos *Mellereau* & *Echaufour*.

In loco *Mouen*, octo millia paſſuum à (*e*) civitate Cadomo, Cornua Ammonis, Belemnitæ lapideſque Conchis conſperguntur.

Decem millium à littoribus maris ſpatio curioſus naturæ ſcrutator inveniet marcaſſitas cupro & ſulphure mixtas, Echinorumque partes ſilicibus adhærentes, Siliceſque criſtalliſatos.

In Curiis *Verſon*, *Fontaine*, *Etoupefour*, *Baron* & *Gaunes*, quatuor millia paſſuum à civitate (*f*) Cadomo, apparent Cornua Ammonis, Belemnitæ, Oſtrea roſtrata, Nautili, Conchæ anomiæ rariores, Pectines, aliaque Foſſilia.

In aliis dictis *Baron* & *Gaunes*, lapidicinæ

(*a*) S. Lô.
(*b*) Coutances.
(*c*) L'Aigle.
(*d*) Seez.
(*e*) Caën.
(*f*) Caën.

marmoreæ ſpecie coloreque diverſæ, præcipuè in vico *de Vieux*, extant.

Cornua Ammonis in vico *Ecrameuille* ad viginti pedum altitudinem apparent: eadem in Parochiis *de la Cambe*, *Canchy*, *Fontenay*, ad ripam (*a*) Vadi majoris, quod recipit flumen (*b*) Auram.

In territorio Conſtantienſi ex parte (*c*) Vadi minoris, quod eſt majoris ramus, in itineris exiguo ſpatio, petrificationes diverſi generis reperiuntur.

Lapidicinarum petræ locorum Abbatiæ (*d*) Bellomontii circumjectorum territorii d'*Auge*, Gryphites, Conchas anomias rariores, Oſtrea roſtrata, Echinorum partes ſaxo infixas repræſentant; Achatæ inſtar aliquæ formatæ videntur.

Mineralia ferri in Curiis *Montbots*, *Bremoy*, *Monbroc*, *Arctoville*, ſat affluunt: alia verò ex parte urbis (*e*) Alenconii reperiuntur. In iis lapides aquilæ ſæpè apparent.

Alia plumbi mineralia in vicis *Flamenville*, *Surainville*, *Pierreville*, in omnique linguâ Promotorii *de la Hague*, inveniuntur.

Argenti mineralia in vico *Placy*, prope alium dictum *Torigny*, reperiuntur.

Alia Litantracis extant in vico dicto *Litry*, duo millia paſſuum ab alio dicto *Baleroy*, locupletiſſimaque illius Provinciæ ſunt.

(*a*) Le grand Vay.
(*b*) L'Aure.
(*c*) Le petit Vay.
(*d*) Beaumont.
(*e*) Alençon.

In locis oppidulo *Paſſi* circumjectis, octo millia paſſuum ab urbe (*a*) Ebroïco, Echini, Silices, foſſiliaque diverſi generis, tùm in montibus, tùm in planitie reperiuntur.

Fabricæ ferrariæ in iſtâ Provinciâ frequentes ſunt; præcipuæ nomen eſt *Damvou.*

Vicus d'*Iſſigny* ſalinarum dives eſt.

(*b*) BRITANNIA,

In quâ numerantur novem Diœceſes; (c) *Rhedones*, (d) *Briocum*, (e) *Maclovium*, (f) *Nannetes*, (g) *Dola*; (h) *Venetiæ*, (i) *Coriſopitum*, (K) *Leona*; (l) *Trecorium*.

IN Parochiâ S. *Gregoire*, in ſuburbio civitatis (*m*) Rhedonum, lapis dictus Oſteocola naturâ coralli foſſilis invenitur.

In eâdem civitate (*n*) Rhedonibus plurima pavimenta offerunt Silices eximios, polituræ

(*a*) Evreux.
(*b*) La Bretagne.
(*c*) Rennes.
(*d*) S. Brieux.
(*e*) S. Malo.
(*f*) Nantes.
(*g*) Dol.
(*h*) Vannes.
(*i*) Quimper.
(*k*) Léon.
(*l*) Tréguier.
(*m*) Rennes.
(*n*) Rennes.

idoneos

idoneos diverſitateque colorum conſpicuos: alii ſilicibus Ægyptiacis, alii Porphyritæ marmoribuſque jaſpideis, alii Achatæ orientali aſſimilantur.

Mineralia loci *Pompeant*, quatuor millia paſſuum ab eâdem civitate, plumbum eximium exhibent, ex quo argentum proportione ſervatâ extrahitur.

Octo-decim millia paſſuum ab eâdem urbe, inveniuntur mineralia ſeu marcaſſitæ ferri & plumbi prope fabricam ferrariam *Martigne-fer-chaud*.

In agro non longè à loco dicto *Guernachanay*, qui eſt prædium vicinum oppidulo *Belle-iſle en terre*, inveniuntur ſilices marmoroſi cinerei coloris Amethiſtos continentes.

In prædio *Boiſorcan*, ſex millia paſſum ab urbe (*a*) Redonibus, lapis ſquammoſus colore cæruleo pallidoque colligitur, in quo Pyrites, vocati *Pierres quarrées*, inveniuntur.

Lapides metallici in quibus cruces prominentes apparent, in locis vico dicto *Baud*, Diœceſis (*b*) Venetenſis, circumjectis reperiuntur.

Ex mineralibus Britanniæ, tam inferioris quàm ſuperioris, ſtibium extrahitur, quod maximi facit *Naturaliſta*.

Mineralia ferrea nominata *Beluet*, extant prope prædium *Langourla*, Diœceſis (*c*) Brioceniſis.

(*a*) Rennes.
(*b*) Vannes.
(*c*) S. Brieux.

In Epiſcopatu (*a*) Nannetenſi apparent mineralia Litantracis; meliora in Parochiâ dictâ *Nord* oriuntur.

Tres fabricæ ferrariæ exiſtunt in Diœceſi (*b*) Briocenſi, in locis dictis *Loudeac*, *Hardovinaye* & *Vaublanc*.

Incolæ præſertim fabricam ferrariam *Paimpont*, in Diœceſi (*c*) Maclovienſi, ob ferri mollitiem æſtimant.

In locis *Guerand*, *Croizic*, *Bourgneuf*, & *Pouliguen*, eximiæ Salinæ videntur.

Terræ Bollares, ſigillatæ figuliſque idoneæ prope (*d*) Rhedones, in locis *Rieux*, *Guingamp*, Diœceſis (*e*) Trecorienſis, & civitatem *Lamballe*, Diœceſis (*f*) *Briocenſis*, inveniuntur.

In locis civitati *Chateaubriant* circumjectis, viginti millia paſſuum ab urbe (*g*) Nannete, eximia foſſilia occurrunt.

In Diœceſi (*h*) Nannetenſi conſtructæ ſunt tres fabricæ ferrariæ dictæ *Melleray*, *Mondont* & *Hunaudiere*.

Petrificationes, foſſilia lapideſque dicti *S. Juval* concharum marinarum congerie efformati, inveniuntur in vico *Evran*, quatuor millia paſſuum ab urbe (*i*) Dinantio Diœceſis (*k*) Maclovienſis.

(*a*) Nantes.
(*b*) S. Brieux.
(*c*) S. Malo.
(*d*) Rennes.
(*e*) Tréguier.
(*f*) S. Brieux.
(*g*) Nantes.
(*h*) Nantes.
(*i*) Dinant.
(*k*) S. Malo.

Plumbi mineralia dicta *Poulaven*, vici civitati *Carhaix* circumjecti, in inferiore Britanniâ, copioſiſſima ſunt, & libram circiter argenti centum pondo miniſtrant; ex locis *Berien*, *Serugnat*, *la Feuillée*, *Carnot*, & *Loquefré*, extrahuntur.

Altera mineralia ejuſdem metalli extant in nemore dicto *Coëtanos*, prope oppidum *Belle-iſle en Terre*, Diœceſis (*a*) Trecorienſis.

In Ducatu *de Rohan* ſitum eſt ſtagnum; ex quo ſilices extracti & in micas fracti offerunt maculas, quæ denotant hujus familiæ gentilitia inſignia; Amethyſti etiam ibidem inveniuntur.

Duo argenti mineralia in ſylvâ *du Buiſſon de la Roche-Mareſt*, prope civitatem (*b*) Lanionum Diœceſis (*c*) Trecorienſis reperiuntur.

Fabricæ Ferrariæ dictæ *la Jonchere*, *Martigné-Fer-Chaud*, *Salles de Rohan*, *la Forge neuve*, in iſtâ Provinciâ inferiore occurrunt non longe à Ferri mineralibus.

(*a*) Tréguier.
(*b*) Lanion.
(*c*) Tréguier.

(a) CENOMANENSIS PROVINCIA,

Cum (b) *Pertico* & (c) *Lavallio.*

NOn longe à civitate *Mamers* dictâ, poſita ſunt prædia d'*Areſne* & *Grateſac*, quorum in montibus apparent diverſæ conchæ petrefactæ, præſertim magnorum Pectinum Oſtrearumque fragmenta.

Mineralia Ferri in loco *Vibray*, prope (*d*) Monmiralium, etiam in loco *S. Dizier*, reperiuntur.

Fabrica Ferraria videtur in loco *Moncor*, prope (*e*) Sabolium; occurrit alia Fabrica in Curiâ *Suigné* ejuſdem Territorii, non longe à villâ dictâ *de la Fraſeliere*.

Duodecim Fabricæ Ferrariæ in iſta Provinciâ reperiuntur, ſcilicet *Montreuil*, *Concé*, *S. James*, *Champeon*, *S. Léonard*, *Chemiré*, *S. Denis*, *Dorgues*, &c.

Granites admodùm aſper in eâdem Provinciâ invenitur.

Lapidicinæ marmoreæ ibidem extant, in imo flavidæ rubris & Albidis maculis variegatæ; nominantur hæc marmora *Sablé*.

(*a*) Le Mans.
(*b*) Le Perche.
(*c*) Laval.
(*d*) Monmirail.
(*e*) Sablé.

Alterum videtur marmor minùs rubrum albo & nigro mixtum; ceroſtrotum lepidiſſimum efformat.

Mineraliſtæ artem ſuam factitare poſſunt in Fabricis Ferrariis Parochiarum *Andouillé*, *Chalonne*, *Sillé*, *Bourgon*.

Duo millia paſſuum à (*a*) Lavallio, in loco dicto *S. Berthevin*, videtur marmor colore rubro & albido infectum.

Altera lapidicina marmorea colore nigro & albido, ſæpiùs nigro, cæruleo & albido, invenitur in Parochiâ d'*Argentré*, quatuor millia paſſuum à (*b*) Lavallio diſtante.

Nigrum admodùm extat marmor in eodem loco, alterum ex nigro & albido jaſpideum, tertium nigrum, albidum & cæruleum.

Areliæ ſæpiùs inveniuntur materia admodùm, craſſâ præcipuè in ſylvâ *du Talla* civitati (*c*) firmitas Bernardi dictæ pertinente.

Non longè à nemore *Belleſme*, in (*d*) Pertico, occurrunt multæ fabricæ ferrariæ; celebriores ſunt *la Frette*, *Gaillon*, *Randonnai*, *Bréſolette*, *Longni*.

In circumjectis civitati (*e*) Noviduno montibus reperire eſt eximia foſſilia; præcipuè Nautili integri, Cornua Ammonis, Oſtrea ſaxo infixa, Echini maris rubri, Vermiculique in ſu-

(*a*) Laval.
(*b*) Laval.
(*c*) La Ferté Bernard.
(*d*) Le Perche.
(*e*) Nogent le Rotrou.

perficie lapidum figuram efformant inſtar acu-picti operis.

Non longè ab iſtâ civitate extrahitur terra nigra, ex quâ formantur minimæ figuræ; hæc eſt ſpecies terræ Ampelitis.

Duo millia paſſuum ab urbe (*a*) Illiero, in loco dicto *Montigny*, lapis ſaponarius invenitur.

Occurrit in Territorio Abbatiæ *de la Trappe* lapis ſubflavus, talcoſuſque, in quo videntur Pectinum fragmenta cum arenæ maximis punctis albidis.

In eodem loco lapis ſubruber duriorque ſeſe offert, in quo, ut aiunt incolæ, auri paleolæ exiſtunt.

Non longè à (*b*) Lavallio, marmor in imo rubrum variis coloribus infectum occurrit.

Silices in centro Coralloides inveniuntur prope eamdem civitatem, alteri cærulei maculati, alteri verò ſubpellucidi.

(*a*) Illiers.
(*b*) Laval.

(a) ANDEGAVENSIS DUCATUS,

Cum (b) Salmurienſi agro.

LApis calaminaris invenitur non longè à (c) Salmurio.

Areſia eximia in multis locis effoditur prope civitatis (d) Andegavi ſuburbia, & in Parochiis *Hottelerie*, *Flée*, *la Jaille*, & *Maigné*, prope d'*Aon*, in delectu (e) Caſtri Gontheri.

Lapidicinæ marmoreæ in iſtâ Provinciâ raræ ſunt. Una extat prope Abbatiam *S. Serges*, non longe ab urbe (f) Andegavo, colore ſubnigro, venis albidis; alia ejuſdem coloris in Curiâ *Chalonne*, octo millia paſſuum ab (g) Andegavo. Notandum eſt in his lapidicinis partes criſtalli Iſlandiæ inveniri.

Mineralia ferri fabricæque ferrariæ apparent in urbe *Pouancé*, viginti quatuor millium ab (h) Andegavo ſpatio, & in Caſtello *la Valiere*, prope oppidulum *Baugé*.

Altera plumbi mineralia videntur in Curiâ dictâ *Montreveau le Petit*.

(a) L'Anjou.
(b) Le Saumurois.
(c) Saumur.
(d) Angers.
(e) Chateau-Gonthier.
(f) Angers.
(g) Angers.
(h) Angers.

In vico *de Chevaux*, Parochiæ *Courcelles*; mineralia apparent magis conſpicua. In eis Argentum, Stannum, Plumbum Æſque continentur.

Litantracis mineralia vulgò denotant Curiæ *S. Aubin de Lugnié*, *Chaudefondu*, *Chalonne*, *Montjean ſur Loire*, *S. Georges*, *Chantelaiſon*, *Courſon*, ut & prædium *Noulis*. Incolæ aiunt quinque auri grana centum pondo ex his mineralibus extrahi poſſe.

Alia Litantracis mineralia in locis oppidulo *Doué* circumjectis, octo millia paſſuum à (*a*) Salmurio inveniuntur.

Prope idem oppidulum *Doué*, Lapidicinæ occurrunt, quarum petræ oſtendunt arenæ ſubrubræ congeriem ſimul & exiguarum concharum diverſarum, quarum tanta tenuitas eſt, ut aciem fugiant; inveniuntur etiam oſſa animalium, Inſecta, Gloſſopetræ Fungique petrefacti.

Lapidicinæ areſiæ in Parochiâ *Denazé*, quatuor millia paſſuum ab oppidulo *Craon*, reperiuntur.

Inveniuntur foſſilia in collibus *Briollet*, in vico *Cellieres*, ſex millia paſſuum ab (*b*) Andegavo, in viciſque *Chefs & des Cuillieres*, non longè à Parechiâ *Cellieres*.

Oſtrea foſſilia in montibus vineiſque locorum civitati & Collegio (*c*) Flexienſi vicinorum, quatuorque millia paſſuum à civitate d'*Urtal*, reperiuntur.

(*a*) Saumur.
(*b*) Angers.
(*c*) La Fleche.

In lapidicinis Tofi vulgò *Tuffeau*, ad ripam (*a*) Ligeris poſitis, ex parte Abbatiæ *de Saint Maur*, uſque ad (*b*) Salmurium, multa foſſilia inveniat curioſus, ſcilicet Oſtrea, Cornua Ammonis, Bucardia, Turbines, Pyrites. Abundantiores lapidicinæ ſunt in Parochiis *Chenehute*, *des Tuffeaux*, *Cunault*, *Grezille*, *Coutures*, *&c.*

In Parochiâ *Rery*, duo millia paſſuum ab urbe *Durtal*, invenitur lapis mollis cinereique coloris, ex quo Calx conficitur.

In oppido *Martigné-Briaud*, duodecim millia paſſuum ab (*c*) Andegavo, extat monticulus lapidum duriorum variis conchis inſtructorum ſtratis compoſitus; ibi videntur Inſecta parteſque piſcium petrefactæ.

In vico dicto *Pont*, Parochiæ *Soucelles*, ſex millibus ab eâdem urbe, monticulus indicat multa foſſilia, oſſa petrefacta, plantarumque partes cum lapidibus *Ficoides* dictis.

In alio vico dicto *Millé*, decem millia paſſuum ab eâdem urbe, intra oppida *Martigné*, *Briaud* & *Chavaignes*, in monticulo ad radices fontis medicati ſilices criſtalliſati eminenteſque in acumen figuram Lauſannæ referens occurrunt: pares inveniuntur minoribus criſtalliſationibus inſtructi, ſed globoſiores, in monticulo prope alterum fontem medicatum, centum paſſus à primo fonte remotum.

(*a*) La Loire.
(*b*) Saumur.
(*c*) Angers.

Eximiæ areſiarum lapidicinæ extant in Paræchiâ *Trelazé*, duo millia paſſuum ab (*a*) Andegavo; in aliis verò dictis *S. Léonard*, & *Saint Sanſon*, ad portas ejuſdem civitatis & ad trecentorum pedum profunditatem conſtructæ ſunt.

Inveniuntur aliæ in Curiis *Juigné*, quatuor millium ab (*b*) Andegavo & *Vrye*, duorumque millium ſpatio ab oppidulo *Candé*: ex his areſiis quadrati lateres ſcalarumque gradus efficiuntur.

Arborum florumque figuræ in earum areſiarum ſuperficie expreſſæ ſunt, concharum etiam, ſed rarò. In his lapidicinis ſtrata irregulariter dividuntur venis ſubcraſſis, ſilice albido duriſſimoque formatis, in quibus aliquoties eximii argenti filamenta inveniuntur.

(*a*) Angers.
(*b*) Angers.

(*a*) TURONIA.

IN Decanatu *de S. Gatien* ejuſque acceſſionibus, multæ conchæ foſſiles apparent.

Pulchri ſilices, pellucidi que inveniuntur in flumine (*b*) Ligeri, ſed communes, id eſt non pellucidi; diverſi coloris extant.

In prædio dicto *Véret*, non longè à civitate

(*a*) La Tourraine.
(*b*) La Loire.

(*a*) Turonio, eminentes maſſæ ſilicum ſeſe exhibent, qui depoliti jaſpidibus ſanguineis æquales videntur. Color eorum ruber albido & flavo, & nonnullis irregularitatibus mirificis variegatus.

In alio prædio *Savonieres*, quatuor millia paſſuum ab eâdem urbe, cryptæ celebres videntur appellatæ *Goutieres*; ex aquis formantur petrificationes lucidæ ſaccaro ſimiles: inveniuntur etiam exigui lapides Amygdalos ſaccaro circumtectos repræſentantes.

Mineralia Ferri apparent prope Abbatiam *de Noyers*, & altera Cupri, in quibus, ut aiunt incolæ, Argentum purum reſidet.

Extat locus deſcribens quadratum decem & octo millia paſſuum continens, & à mare ſeptuaginta duorum millium paſſuum ſpatio remotus, conchis foſſilibus ad profunditatem viginti pedum completus eſt. Iſtæ conchæ abſque ullâ concretione ſtercorandis agris idoneæ ſunt. Hic Ager procurrit inter civitatem *S. Maure*, & locum dictum *Mantelan*, in quo circuitu includuntur Curiæ dictæ *Sainte Catherine*, *Furbois*, *Louan*, *Boſſée*, *&c.* Hanc concharum congeriem nominant *Feluniere*.

Alia mineralia ferri in vico *Prulli*, millia paſſuum ab Abbatiâ *du Noyer* ſpatio, in locis dictis *S. Maur* & *Marré*, inveniuntur.

Aqua ſtagni *Ligneuil* incruſtat objecta intra paucos dies in eo poſita.

In locis civitati (*b*) Chinonio circumjectis,

(*a*) Tours.
(*b*) Chinon.

colles fluminis (*a*) Ligeris ſalis nitri multùm exhibent.

(*a*) La Loire.

(a) AURELIANENSIS
AGER,

In quo continentur Regiones (b) *Bleſenſis,* (c) *Belſia,* (d) *Carnutenſis ager,* (e) *Puſuenſis tractus,* (f) *Sicalonia,* (g) *& Vindoſinenſis Ducatus.*

IN prædio dicto *la Source*, non longè à civitate (*h*) Aureliano in ripâ *du Loiret*, inveniuntur ſilices lucidi coloribuſque inſigniti, albidi ſæpiùs.

Prope (*i*) Balgentiacum lapides foliis arborum inſtructos videre eſt in prædio *Avaray*.

In alio prædio *Morainville* dicto, in itinere ad civitatem (*k*) Stampas, ſilices craſſi incruſtatione criſtalliſatâ circumdati apparent, è medioque ſurgit Pyramis perlucida.

(*a*) L'Orléanois.
(*b*) Le Bléſois.
(*c*) La Beauſſe.
(*d*) Le Pays Chartrain.
(*e*) Le Puyſaie.
(*f*) La Sologe.
(*g*) Le Vendomois.
(*h*) Orléans.
(*i*) Boisgency.
(*k*) Etampes.

In Planitie (*a*) Stamparum reperiuntur lapides, quorum ſuperficies inæqualis maſſulam amygdalorum ſaccharo circumtectorum imitatur; alii eminentiores Uvas referunt. Alii verò Buccinis nigris vel albidis pleni apparent; multi ſilicibus referti inſtar amygdalorum videntur; præeminent aliqui in altas congeries diſtincti. Quidam lapides mali citrei corticem effingunt: alii cum ſilicibus ellongatis in tot cavernis includuntur; aliqui Oſtreis parte ſeu valvâ ſuperiore carentibus cooperti ſunt. Glebæ Tellinibus, Chamis, Pectinibus, Lapidibuſque numiſmalibus plenæ occurrunt. Inveniuntur etiam Cornua Ammonis, Nautili Criſtalloïdes, Pectines, Oſtrea, Chamæ, Gryſites, Lapides nominati *Foulettes*, Cepæ, Oſtreorumque fragmenta.

Eadem Planities rurſùm miniſtrat ſilices craſſos in medio Criſtalloïdes, duros lapides aliquibus acuminibus circumplicatos, ſtellaſque efformantes, glareâ inæquali & adherente circumdatas: aliæ petræ ejuſdem qualitatis ſubflavidæ parvula Buccina Achatis naturâ demonſtrant; videntur aliæ vegetabilium formas in ſuperficie repræſentantes; aliæ verò Cylindri formâ ſaponis globulos efformant.

Curioſus naturæ indagator ex multis lapidum fragmentis libenter extrahit minima Buccina, flavidas Neritas, exigua Bivalvia, verbi gratiâ Chamas, Gloſſopetras comitantes.

(*a*) Etampes.

Ex circumjectis Caſtello *de Villebon* locis, octo millia paſſuum ab urbe (*a*) Carnuto, ſilices eximii diverſi coloris & formæ in medio perlucidi inveniuntur : frequenter occurrunt Echini ſpatagi, Pectines, Echini, alii ſilices cum ſigno papillarum ſuarum inſuper expreſſo, unde cognoſcitur, Echinum in ſilicis concavitatibus commoratum eſſe, figuramque dum ſilex mollior erat, ibi infixiſſe. Raro etiam reperiuntur jaſpis ruber politurae admodùm idoneus, partes animalium, Lacertus integer petrificatus & alia.

In oppido *Molandon*, prope urbem (*b*) Novidunum Rotrudum, inveniuntur Bucardia, Nautili, Cornua Ammonis, Oſtrea, aliaque foſſilia, præcipuè illa, quæ dicuntur *le Coq & la Poule*.

In vado dicto *Loré*; in antiquo itinere ad urbem (*c*) Carnutum, occurrunt ſilices pellucidi & nigri. Alii videntur ſubrubro colore majorique formâ parvulos renes imitantes.

Non longè ab eâdem civitate occurrunt mineralia ferri in loco *Pongoin* nominato.

Prope vadum dictum *Doueſence*, non longè ab urbe (*d*) Carnuto, alluviones afferrunt ſilices in medio Criſtalloïdes; alios Mitram Epiſcopi, Pyramidem, Melonem coſtatum repræſentantes.

(*a*) Chartres.
(*b*) Nogent le Rotrou.
(*c*) Chartres.
(*d*) Chartres.

In vico appellato *Orcheſe*, terra ſigillata occurrit.

Mineralia ferri denotantur in nemore *Vibray*, alia in Vectigalium Curiâ *de Chateaudun*, Parochiæ *Champrond*, fabricæque ferrariæ, alia in delectu *Clamecy*.

Prope civitatem & Ducatum (*a*) Sulliacum in Provinciâ (*b*) Sicalonienſi, inveniuntur ſilices in terras aquarum lapſu delati, ſilicibus Rheni & Medoc pulchriores : occurrunt etiam in flumine (*c*) Ligeri lapides ſiliceſque diverſi coloris à montibus *Velay* ſejuncti.

In regione (*d*) Carnutenſi, prope prædium *Armenonville*, ſilices undique deteguntur præſertim lucidi, varietate colorum figurarumque conſpicui.

Decem millia paſſuum ab urbe (*e*) Bleſenſi, quinquagintaque paſſus ab Abbatiâ *de Pontlevois*, reperiuntur in colle appellato *des grandes Vignes* foſſilia genere, figurâ, colore pulcritudineque diſtincta; ſcilicet Murices, Buccina, Pectines, Tellinæ, Chamæ, Globoſæ, Bucardia, Purpuræ, Mitella Sinenſis vulgò *Cabochon*, Porcellaneæ, Dentales, Antales, Turbines, *Arca Noë*, Lepades, Tubulites, Nerites, Coclites, Trochites, Volutites, Cylindrites & alia.

(*a*) Sully.
(*b*) La Sologne.
(*c*) La Loire.
(*d*) Le Pays Chartrain.
(*e*) Blois.

Uno milliario ab eâdem Abbatiâ, eundo ad civitatem (*a*) Bleſenſem, eadem foſſilia in villâ dictâ l'*Ailverd* reperiuntur.

In locis Caſtello *Chambord* circumjectis, occurrunt ſilices levigati variegatique; in alio loco dicto *Champigny*, prope vineam Paſtoris ejuſdem loci, nominato *Chantier des Devards*, lignum petrefactum ubique oſtenditur.

In viculo dicto *Caverneau*, Parochiæ *Nouan*, ad ripam fluminis (*b*) Ligeris, decem octo millia paſſuum à civitate (*c*) Aureliano, videre eſt lapidicinas ad quinquaginta pedum altitudinem, quæque paſſuum quinginta circiter latitudinem exhibent; offerrunt lapides molles, fragiles, veniſque inſtructos, in quibus fluidum coloratum in viſceribuſque terræ percolatum infunditur, figuratque arbores, amænitates nemorum, Homines, Animalia, Urbes: dicuntur Aurelianenſes Dendrites. Incolæ hos lapides depſunt, Pſimythiumque ex iis efformant.

In ſuperficie agrorum civitati (*d*) Vindocino circumjectorum multa foſſilia conſpiciuntur. In alluvione prope vicum *S. Lubin*, Echini diverſi, Chamæ, Oſtrea, Bucardia, fructuum radicumque imagines in ſilicibus duriſſimis inveniuntur; lapidicinæ verò extra eandem ur-

(*a*) Blois.
(*b*) La Loire.
(*c*) Orléans.
(*d*) Vendôme.

bem

bem ſimilia offerunt, ſed in eo diſſimilia, quòd petra mollis eſt.

In prædio dicto *Monpipeau*, præcipuè ad Caſtellum *de la Renardiere*, ad ripam (*a*) Malvæ poſitum, multa foſſilia Dendriteſque curioſi extant.

Silices loci dicti *Chateauneuf*, à flumine (*b*) Ligeri extracti, duodecim millia paſſuum à civitate (*c*) Aureliano, celebres habentur.

(*a*) La Maulve.
(*b*) La Loire.
(*c*) Orléans.

(*a*) BITURICENSIS
DUCATUS.

LApis calaminaris colore ſubrubro, undis albidis perſperſus, non longè à civitate (*b*) Biturige in ſpeluncis reperitur.

Silices formoſi in littoribus *du Cher* curioſitatem *Naturaliſtæ* provocant.

Mille paſſus ab urbe (*c*) Biturige, in viâ publicâ quæ ducit ad civitatem (*d*) Regiodunum, ſpeluncæ abundant Buccinis, Cornibus Ammonis, Turbinibus, Lapidibus figuratis aliiſque Petræ loci *Arcueil* prope (*e*) Lutetiam

(*a*) Le Berry.
(*b*) Bourges.
(*c*) Bourges.
(*d*) Dun-le-Roi.
(*e*) Paris.

aſſimilibus, Conchis Bivalvibus imbutis, quarum colores & politura adhuc apparent.

Inter ſtrata eorum Lapidum frequenter occurrit Bolus fuſco colore, medicinæ perutilis; incolæ ad notandos verveces eo utuntur. Inveniuntur etiam Chamæ, Pectunculi, Buccardia, Muſculi, Oſtrea, Anomia fibris cincta, ſpecies Aſtroitæ colore ſubrubro, Echinites, Lapides Judaïci canaliculati: hæ duæ ſpecies in ſtratis Cretæ repoſitæ ſunt.

In Curiis *S. Georges* & *S. Hilaire de Court*, quatuor millia paſſuum à (*a*) Virſione in Ripâ *de l'Eure*, extant mineralia Ochræ arti pingendi tingendi, metalorumque fuſioni idoneæ. Ochra in mineralibus pallida videtur, foris flavida, exuſta fit ſubrubra. Vena eius Horiſontalis apparet ad centum viginti pedum profunditatem, deinde ſtratum Arenæ tenuiſſimæ & albidæ extat.

Abundat Provincia mineralibus eximii Ferri, fabricæque frequentes in eâ conſtructæ ſunt: magna eſt ibi Lignorum quantitas quæ navigationis defectu difficillimè evehi poteſt. Hoc ferrum inſtar aliorum metallorum venis metallicis vulgò *Filons* non procedit; extat in ſuperficie terræ ad aliquot pedum profunditatem, formatque globulos ſubrubros *Grains* nominatos. Extrahitur ferri congeries in vico *Sans* prope (*b*) Sancerram, in exiguaſque partes frangitur. Argentum ex iſto metallo ſæpiùs invenitur. Fabricæ ferrariæ d'*Yvroye* in hoc territorio præcipuè diſtinguuntur. In pluribus locis videtur terra

(*a*) Vierzon.
(*b*) Sancerre.

congeriebus *Littier* (quod eſt ferri excrementum) omninò tecta; aquæ quoque ferri ſaporis participes ſunt.

In alluvione, in monteque dicto *des Preaux*, reperiuntur Belemnitæ, Lapides figurati, Cornua Ammonis, Pectunculi, Chamæ, Gryphites, Pyrites, Gypſum aliaque Foſſilia.

In conſtruendo Sacello d'*Angiron*, duodecim millia paſſuum ab urbe (*a*) Biturige, Lapides ſectiles veri ſilices *Naturaliſtis* apparuerunt.

Fabrica ferraria dicta *Clavieres*, in delectu *de Châteauroux*, inter alias diſtinguitur.

In Parochiâ *de Beaumont la Ferriere*, in delectu *de la Charité*, fabrica chalybis videtur.

Altera fabrica ferri ſtanno illiti extat in eodem delectu.

(*a*) Bourges.

(*a*) LEMOVICENSIS

PROVINCIA CUM (b) *MARCHIA.*

INVENIT curioſus naturæ ſcrutator in illâ Provinciâ multa mineralia Cupri, Stanni, Plumbi & Chalybis versùs civitatem (*c*) Tute-

(*a*) Le Limouſin.
(*b*) La Marche.
(*c*) Tulles.

lam & locum *S. Hilaire*, octo millia paſſuum à (*a*) Lemovico.

In Parochiâ dictâ *Vicq*, & in loco appellato *Tralage*, duo millia paſſuum à loco *S. Hilaire*, in alio dicto *Fargeas*, mille paſſus ab eodem loco diſtante; in alioque nuncupato *Pietra Bruna*, monte edito, duodecim millia paſſuum ab urbe (*b*) Lemovico, eadem mineralia ſæpiùs occurrunt.

Extant alia mineralia locupletiſſima Ferri Fabricæque ferrariæ versùs loca *Couſſat*, *Bonneval*, *S. Trieix*, in electu (*c*) Lemovicenſi.

Non longè ab urbe (*d*) Brivâ Curretiâ Stibii mineralia copioſa reperire eſt.

Multi volunt in Curiis d'*Ecluſeaux* & d'*Ambouilleras* auri fodinas elaboratas fuiſſe, & earum periculo facto, exiſtere.

Mineralia Chalybis nativi duodecim millia paſſuum à civitate (*e*) Lemovico ſuperant chalybem factitium.

(*a*) Limoges.
(*b*) Limoges.
(*c*) Le Limouſin.
(*d*) Brive-la-Gaillarde.
(*e*) Limoges.

(a) PICTAVIENSIS *PROVINCIA.*

VULGARES ſunt admodùm in iſtâ Provinciâ terræ detritu concharum petrefactarum abundantes, quibus Incolæ ad ſtercorandos agros inſtar margæ utuntur, nominantque *Feluniere.*

In littoribus maris inveniuntur lapides à Latinis dicti *Pholades*, ab incolis verò *Dails*, qui Piſces vivos continent. Duo iſtorum lapidum extant genera; alia ex argillâ, alia verò in lapide molli dicto *Banche*, quæ duritiem inde acquirunt, conſtructa ſunt.

Non longè à (*b*) Luſiniano in ſuperiore (*c*) Pictavienſi agro, decem millia paſſuum à (*d*) Pictavio, inveniuntur Gryphites, Conchæ Anomiæ dictæ *Poulettes*; Muſculi, Belemnites, Echini-ſpatagi in vico dicto *Celle Levequault*, octo millia paſſuum ab eâdem civitate, occurrunt.

Pyrites ferruginei colore ſubrubro in littoribus maris inveniuntur. In Parochiâ *des Herbiers*, prope (*e*) Malleonem, intra urbes (*f*) An-

(*a*) Le Poitou.
(*b*) Luſignan.
(*c*) Le Haut Poitou.
(*d*) Poitiers.
(*e*) Mauléon.
(*f*) Angers.

degavum & (*a*) Niortium, invenit Arator Criſtallos, Lapides coloratos, rubidos, flavos, Topazios, alios globoſos lucidoſque; ſæpiùs Oſteocola in oppido *la Gaubretiere*, quatuor millia paſſuum à Parochiâ *des Herbiers*, occurrit.

In Curiâ dictâ *Chantonay*, congeries invenitur lapidum ſpeculiarium, Belemnitarum, Cornuum Ammonis, quorum duæ partes, ſcilicet ſupina infimaque, ſeparatim oſtenduntur.

Prope civitatem (*b*) Lucionum videntur Bucardia, Pectines, Cornua Ammonis, Oſtracites, Belemnites aliaque Foſſilia.

Non longè ab eâdem civitate Lapidicinæ marmoreæ præbent marmor maculis albidis, nigris ſubrubriſque variegatum.

Prope urbem dictam fanum (*c*) Sancti Maxentii in ſuperiore (*d*) Pictavienſi agro, extant Nautili papyracei, vel potiùs Cornua Ammonis ſubtilia, Nautiloque ſatis aſſimilia.

Territorium (*e*) Niortii collibus inſtructum offert ubique Conchas petrefáctas, ſcilicet Belemnitas, Griffites, Cornua Ammonis, Conchas Anomias vulgò *Poulettes*, Nautilos, Bucardia, Archas Noë, Lepades, Petunculos, Chamas, Muſculos, Buccinites, Oſtrea, Turbinites, Tubulites & alia Foſſilia.

Prope civitatem (*f*) Niortium, in loco dicto

(*a*) Niort.
(*b*) Luçon.
(*c*) S. Maixant.
(*d*) Le Haut Poitou.
(*e*) Niort.
(*f*) Niort.

Ardin, in lapidicinis marmoreis viginti octo millia paſſuum à (*a*) Pictavio, extat marmor fuſco colore politurae eximiæ idoneum.

Mineralia ferri fabricæque extant in locis *la Meilleraye* Curiæ *Peyrate*, *Verriere* Curiæ *Loumeſſay*, *Gaubreté* Parochiæ *Goué*, *Luchap* Curiæ ejuſdem nominis; ſeptem aliæ extra Provinciam à rectione Pictavii, pendent vicinæque ejuſdem civitatis extant.

Alia mineralia Stibii videntur prope urbem *Pouſange*, in loco dicto *la Ramée*, Parochiæ *du bon Pere*, in ſuperiore (*b*) Pictavienſi Provinciâ, in locisque eidem civitati circumjectis Echini ſpatagi, Belemnitarumque congeries reperiuntur; in littoribuſque *Loziere* apparent ampli Balani.

Partes lapidum flavorum, criſtalliſatorum, ferrugineorum, laminis eminentibus veluti ſtomoma lucidis onuſtorum, in loco dicto *la Vergne de Palvau* reperiuntur.

Mineralia Stibii in loco dicto *Villars* Curiæ *de Sainte Cécile*, duodecim millia paſſuum ab oppido *Chatillon*, eadem in prædio dicto *Lauboviniere* vicoque ejuſdem nominis, quatuor millia paſſuum à civitate (*c*) Luciono occurrunt.

Prope Abbatiam *Larmenaud*, duo millia paſſuum ab oppidulo *Fontenay*, ſeptemque à civitate (*d*) Pictavio, inveniuntur Nautili, Mu-

(*b*) Poitiers.
(*c*) Le Haut Poitou.
(*d*) Luçon.
(*e*) Poitiers.

rices, Vidua, Nerita dicta *Mammelon*, Porcellana l'*Oeuf*, Limax *le Sabot*, Buccinum nominatum *Fuſeau*, Globoſæ, ſcilicet *la Figue*, *la Noix de Mer*, Bucardia, Arca Noë, Pectines, Cornua Ammonis. Prope urbem (*a*) Sancti Maxentii reperiuntur eadem foſſilia.

In Parochiis S. *Germain de Prinçay*, *les Roches*, *les Fournis*, inveniuntur Marcaſſitæ, Cornua Ammonis, Oſtrea roſtrata, Gryphites, Chamæ, Conchæ Anomiæ dictæ *Poulettes*, radiatæ, Ceſpites ferruginoſi; Belemnitæ, Pectines, Bucardia Arcaque Noë, in loco dicto *Leiſſonois* occurrunt.

Viculus dictus *la Selle*, quatuor millia paſſuum à civitate (*b*) Niortio, lapidicinis petrificationibus conſpicuis abundat.

Mineralia Criſtalli ad Caſtellum *de la Vergne*, duo millia paſſuum ab urbe *Palluau*, lapideſque flavi occurrunt.

Argenti Aurique mineralia in Parochiâ *du Vigean*, in loco dicto *Bourpeuil*, in ſuperiore (*c*) Pictavienſi Provinciâ, decem & octo millia paſſuum à civitate (*d*) Pictavio, occurrunt.

In oppido dicto *Champ S. Pere*, non longè ab urbe (*e*) Luciono, invenit naturæ Curioſus Lapillos ſtellatos in congeriem accumulatos ex quibus columnæ formantur.

In littoribus *Chapus*, verſus inſulas (*f*) Ole-

(*a*) S. Maixant.
(*b*) Niort.
(*c*) Le Haut Poitou.
(*d*) Poitiers.
(*e*) Luçon.
(*f*) Oleron.

ronenſes, reperiuntur dentes Hypopotami petrefacti, parteſque mineralium coloribus pondereque diſtinctæ.

Salinæ iſtius Provinciæ nominantur *Talmon*, *Beauvoir*; & prope locum dictum *Chalans*, lapidicinæ dictæ *S. Etienne de Brillonet*, *Chantonay*, *Sainte Cécile*, *l'Homme*, *la Celle*, *Boiſevert*, *Chatelier*, *Montaigu & le Luc*, lapides albidos, ſonoros, molaſque exhibent.

(a) ALNISIUM.

PROPE (*b*) Rupellam ad maris littora inveniuntur lapides piſces vivos continentes à Latinis *Pholades*, ab incolis verò *Dails* nuncupati.

Prope vadum piſtrinumque *Beſſon*, Priapolitis, ſeu Entrochi fragmentum, quod intùs ſquammoſum lucidumque apparet inventum eſt.

Non longè ab eodem loco Curioſus naturæ ſcrutator inveniet Conchas foſſiles, præſertim Chamas, Archas Noë, Oſtrea, Cocleas, Echinos, Muſculos, Pectines, Tellinas, Globoſas, Buccina, &c.

MultæSalinæ apparent in iſtâ Provinciâ, præcipuè in locis dictis *Tendon*, *le petit Brouage*, *Niœil*, *Loziere*.

In vineis dictis *Clavette*, vici quatuor millia paſſuum ab urbe (*c*) Rupellâ poſiti, invenitur

(*a*) Le Pays d'Aulnis.
(*b*) La Rochelle.
(*c*) La Rochelle.

lapis admodum peculiaris, inſtar Tuberis petreſacti figuratus, foraminibuſque ubique inſignitùs. Addenda ſunt Buccina, Tellinæ, Nerites, Limaces, Spondyli.

In multis locis partes minimæ Criſtalli Quartzo infixæ, Pyritiſque fragmenta cuprum ferrumque indicantia videntur.

Echini, vel potiùs Echinorum nuclei, alii integri, alii in partes diviſi, Turbineſque vulgò dicti *Tirrebours*, in locis civitati (*a*) Rupellæ circumjectis facilè oculis denotantur.

In aliis vero locis ejuſdem civitatis vicinis Echini-ſpatagi, alii plani, alii in ſphæram elati, referti vel margâ repleti oculis obverſantur.

In littoribus maris dictis *Loziere*, prope (*b*) Rupellam, partes Criſtalli exiguæ Talcique Iſlandiæ in lapidum fiſſuris occurrunt. Pyrites ad littora maris congerieſque metallicæ figurâ diverſæ etiam inveniuntur.

In vico *la Moulinette*, quingentos paſſus ab urbe (*c*) Rupellâ, Lepades, Limaces, Turbines, Cornua Ammonis, Muſculi, Tellinæ radiatæ, Buccardia, Pectines roſtrati, Tubulares, Concha Veneris Occidentalis, & Orientalis reperiuntur.

In alio vico dicto *Candé*, quatuor millia paſſuum ab eâdem civitate, Buccardia magnitudine formâque diverſa videntur.

(*a*) La Rochelle.
(*b*) La Rochelle.
(*c*) La Rochelle.

In littoribus (*a*) Rupellenſibus, prope Patres Minimos appellatos, Echini, & versùs molem Balani reperiuntur.

In oppido *Chatelaillon*, quatuor millia paſſuum à civitate (*b*) Rupellâ, Echini maris rubri occurrunt, aliaque foſſilia.

(*a*) La Rochelle.
(*b*) La Rochelle.

(*a*) SANTONENSIS
AGER,
Et (b) *Engoliſmenſis Provincia.*

SILICES loci *Ars*, æquiparabiles ſunt eis, quos appellamus *Cailloux de Medoc*.

Mineralia & Fabricæ ferri locorum *Planchеminier*, *Rochecourt*, metallo abundant.

Piſcari licet margaritiferas in flumine (*c*) Charantono prope oppidulum S. *Savinien*.

Inveniuntur ferri mineralia in locis dictis *Rochebeaucourt*, *Rouſſines*, *Combier*, *Rognac*, *Salliant*, & in Curiâ *de Cers*, decem & quatuor millibus ab urbe (*d*) Engoliſmâ.

In vico S. *Savinien*, ſupra (*e*) Charantoni

(*a*) La Saintonge.
(*b*) L'Angoumois.
(*c*) La Charente.
(*d*) Angouleſme.
(*e*) La Charente.

ripam, infra civitatem (*a*) Santonium piſcari lubet eximium Mitulum craſſum, intùſque margaritiferum.

Conſtant mineralia Stibii in loco dicto *Manet* prope *Montbron*, ex quibus argentum extrahitur.

Silex civitatis (*b*) Broagii lucidus polituræque idoneus pulchritudinem ſilicis *Médoc* adæquat.

Non longè ab urbe (*c*) Royano, in colle fluminis (*d*) Girunnæ, lapides duriores pulchrioreſque criſtallis dictis d'*Alençon* invenit Curioſus.

In itinere ad civitatem (*e*) Santonium lapis exiguus, planus, foliiſque partitus, colore cinereo invenitur.

Salinæ in inferiore (*f*) Santonienſi agro, in loco dicto *Marenne*, occurrunt.

In vico dicto R*ancogne*, non longè à prædio (*g*) Rupe-fucaldo, decem millibus à civitate (*h*) Engoliſmâ, eximia Ferri mineralia abundanter oculis curioſis manifeſtantur.

(*a*) Saintes.
(*b*) Brouage.
(*c*) Royan.
(*d*) La Gironde.
(*e*) Saintes.
(*f*) La Baſſe Saintonge.
(*g*) La Rochefoucaut.
(*h*) Angoulême.

(a) AQUITANIA,

Quæ continet ſex regiones ſcilicet (b) *Vaſconiam,* (c) *Cadurcium*, (d) *Petracorienſem Agrum*, (e) *Rutenenſem Provinciam*, (f) *Bigorrenſem Comitatum* (g) *Armeniacenſem Provinciam.*

IN Territorio *de Mèdoc*, octo millia paſſuum à civitate (*h*) Burdegalâ, ſilices pellucidi albidique cognomines inveniuntur, ſed rarò flavi.

Lapis (*i*) Petracorienſis oritur ex multis mineralibus in (*k*) Aquitaniâ ſparſis. Hic lapis durus, ponderoſus, compactilis, nigroque colore inſtar carbonis, figuliſque perutilis.

In Comitatu (*l*) Armeniacenſi reperitur lapis *Ceratites* figuram polituramque cornu referens. Credunt hoc lapide aliquam animalis partem petrefactam repræſentari.

In territorio (*m*) Rutenenſi, olim Argenti

(*a*) La Guienne.
(*b*) La Gaſcogne.
(*c*) Le Quercy.
(*d*) Le Périgord.
(*e*) Le Rouergue.
(*f*) Le Bigorre.
(*g*) L'Armagnac.
(*h*) Bourdeaux.
(*i*) Périgueux.
(*k*) La Guienne.
(*l*) L'Armagnac.
(*m*) Le Rouergue.

mineralia, etiamnum Cupri & Ferri videntur, præcipuè in locis *Lanet*, *Avejan*, *la Canette*, *Pierre Conviſe*, *Auriac*, *Caſcatel*, S. *Felix de Sorgues*, *Villeneuve d'Agénois*, *le Mas de Cabardes*, in monte dicto *Noir*.

Mineralia Cupri rubri extant in locis *Najeac*, *Gueſpie*, *Corbieres* & *Longuepie*; aliaque Plumbi in loco *Cals* ou *Prade*, in monte dicto *Noir*.

Altera mineralia Ferri & Cærulei apparent in loco *Bazeulf*, in delectu (*a*) Ruthenenſi, & longè à loco dicto *Bagnols*.

Mineralia Litantracis occurrunt in locis *Feumy* & *Cranſac*, in delectu (*b*) Villafrancæ. Alumen ex ipſis mineralibus extrahitur.

In Diœceſi (*c*) Cadurcenſi reperitur marmor rubrum venis albidis cæruleiſque variegatum.

In (*d*) Aquitaniâ tres Cryptæ celebres petrificationibuſque ornatæ videntur. Prima trecentorum millium longitudine nominatur *Cabreres*, in delectu (*e*) Cadurcenſi; ſecunda nuncupatur *Marcillac*, in delectu (*f*) Figiacenſi; tertia autem *Thebiran* dicta, in territorio (*g*) Armeniacenſi prioribus major apparet

Marmor dictum *Balcavaire*, viridi, rubro & albido colore, prope civitatem (*h*) Bertrandopolim in Comitatu (*i*) Convenenſi extrahitur.

(*a*) Rhodez.
(*b*) Villefranche.
(*c*) Cahors.
(*d*) La Guienne.
(*e*) Cahors.
(*f*) Figeac.
(*g*) L'Armagnac.
(*h*) S. Bertrand.
(*i*) Le Cominge.

Verſus civitatem (*a*) Baionam in Montibus Pyræneis marmor albidum extat; aliud nominatum *Ver Campan*, rubrum, albidum, viride, maculis veniſque mixtum, oritur non longè à civitate (*b*) Tarbâ in (*c*) Vaſconiâ.

Marmor dictum *Saracolin*, cinereo, flavo rubroque colore, inſtar Achatis lucidum, in valle dictâ d'*Aure*, ad radices Pyræneorum Montium invenitur.

Extractum in loco *Signan*, ſatis precedenti aſſimile, ſubfuſcum cum maculis rubris apparet.

In Diœceſi (*d*) Auguſtæ Auſciorum occurrit Gypſi fodina in oppido *Laverdan*.

Marmor dictum d'*Antin* in territorio (*e*) Bigorrenſi æſtimatur, colore in imo flavido maculis rubris interrupto; nominatur etiam *Veyrede*.

Sex millia paſſuum ab urbe (*f*) Regulâ, & duo millia *à Notre-Dame de Verdelet*, in loco dicto *Satte Croix du Mont*, ex adverſo portarum Caſtelli, ſacellum magnum in monticulo Oſtreis compoſito inciſum eſt: teſtudo & columnæ, quæ eam ſuſtentant, eâdem materiâ conſtructæ ſunt.

In prædio *de Cugneac*, ſex-decim millibus à civitatibus (*g*) Sarlato & (*h*) Perigordio, inve-

(*a*) Bayonne.
(*b*) Tarbes.
(*c*) La Gaſcogne.
(*d*) Auſch.
(*e*) Le Bigorre.
(*f*) La Réole.
(*g*) Sarlat.
(*h*) Périgueux.

niuntur pulchri ſilices diverſis coloribus diſtincti.

In alio prædio dicto *Caſtelnau*, duo millia paſſuum ab urbe (*a*) Sarlato, reperiuntur ſub rupibus antra, quæ Cameras, Aulas, Muſeos congellationibus formâ figurâque conſpicuos repræſentant.

Auri mineralia à Romanis olim effoſſa fuerunt in loco *Avantignan*, prope *Môntrégeau*, ad (*b*) Garumnam, ſimul & in loco *Beda*, non longè à vico *Bagneres*.

Invenitur altera Crypta percelebris dicta *le Trou Granville*, in prædio *de Miremont*, Parochiæ *de* R*ouſiniat*, duodecim millia paſſuum ab urbe (*c*) Perigordio. Teſtudines altiſſimæ ſunt, & viginti quatuor pedibus latæ ſe tollunt arenæ favis deſiccatis incruſtatæ, in imo albidæ Cretæ. Diſtinguuntur præcipuè *le tas de la Vieille*, congellatio aquis continuò guttimque cadentibus efformata; *la Chambre dorée*, cujus fornix conſtat arenâ deſiccatâ, congellationibus favos auratos vel mala aurea referentibus fundoque albido conſpicuis. *La Chambre de Bailarmini*, pariter incruſtata, ſed colore Ochræ rubræ, offert Cryptam circularem ſpatioſamque, cum tumulo *de Gargantuan*, qui magna rupis eſt in medio teſtudinis. Fons octo vel decem aquæ jactibus ex alto tholo cum magno ſtrepitu in foſſam cadit. Demùm videtur in loco dicto *le Marché* Crypta inæqualis eodem modo

(*a*) Sarlat.
(*b*) La Garonne.
(*c*) Périgueux.

incruſtata,

incruſtata, in medioque columnâ rupium ſuſtentata.

In locis civitati *Nontron* circumjectis, in terræ ſuperficie marcaſſitæ Plumbi inveniuntur; eximiaque Plumbi mineralia quatuor millia paſſuum ab eâdem civitate è terrâ extrahuntur.

In ſpeluncis ripam (*a*) Durantii cingentibus extant Stanni, Plumbi & Æris marcaſſitæ duorum pollicum craſſitudine, lamelliſque diſtinctæ, in vico dicto *Badefol*.

Prope (*b*) Brantaſmum, octo millia paſſuum à (*c*) Perigordio, in vico dicto *S. Crépin*, occurrunt lapidicinæ marmoreæ jaſpidis colore.

Pulchræ longæque inveniuntur Cryptæ in illâ Provinciâ cum lacubus ſpatioſis; in eis Cameræ, Aulæ, Altaria congellationibus efformata diſtinguntur: extat una in loco dicto *Bugau*, alia nominata *de Cluſeau*, in oppidulo *Miremont*, duodecim millia paſſuum ab urbe (*d*) Perigordio ſimiliterque à civitate (*e*) Bergeraco.

Videtur alia impervia in ſuperiore montis parte prope locum *Tayac*, quatuordecim millia paſſuum à (*f*) Perigordio: ingreſſus ejus ſtalactitibus adeò refertus eſt, ut difficillimè in eam te inferre valeas. Oritur ex eâ præceps aquæ lapſus, ad decem millia paſſuum fontem dictum l'*Auche*, efficiens.

(*a*) La Durance.
(*b*) Brantome.
(*c*) Périgueux.
(*d*) Périgueux.
(*e*) Bergerac.
(*f*) Périgueux.

Omnes (*a*) Petracorienſis Provinciæ rupes congellationibus ſtalactitibuſque abundant, ſcilicet in loco *Montréal*. Inveniuntur etiam ibidem Oſtrea, Buccina, Turbines, Limaces aliaque Foſſilia.

Fontes dicti *Blame*, *Marſat*, *Tremolat*, *S. Aſtier*, ſingulariter incruſtationes efformant: in eis intermiſſio frequens quotidiè obſervatur; vapor eorum paleam inflammat, lapideſque in oris ſpongioſi naſcuntur.

Ferri mineralia in Parochiâ Sylvâque *des Bories*, aliaque Stibii ferro mixta inveniuntur: eadem mineralia occurrunt in locis dictis *aux Ans*, *Lourtal*, *S. Martial* prope *Montheuil*, *Luxas*; *la Chapelle S.* Robert, *Javerlhac*, *la Feuillade*, *Bachelou*, *Vergnas*, prope locum dictum *Montbron*.

Fornaces fabricæque ferrariæ inveniuntur in locis *Lourtal* Parochiæ *Manaurie* ad Rivulum poſitæ *aux Ans*; Parochiæ *S. Junier*, tribus millibus ab oppidulo (*b*) Montiniaco in territorio (*c*) Sarlatenſi, (*d*) ſuper amnem dictum Viſeram; *Canaux* Parochiæ *S. Front la Riviere*; *le Bugue*, ſuper (*e*) Viſeram; *Radeaux*, *Bourcueil*, *Combiers*, ſuper amnem dictum *Liſonne*; *Pontroucheau*, *la Valade*, propre loca dicta *Buſſiere* & *Baſſerolle*, *Puyregard*.

Reperiuntur marcaſſitæ criſtalliſationibus pellucidis mixtæ non longè à Cryptâ dictâ *Granville*, Curiæ *Rouſigniat*, ſiç ut & in planitie

(*a*) Le Périgord.
(*b*) Montignac.
(*c*) Sarlat.
(*d*) La Veſere.
(*e*) La Veſere.

ſylvâque dictâ *de Ver*, quatuor millia paſſuum à civitate (*a*) Perigordio.

Crypta altitudine latitudineque conſpicua cum laqueari ſimplice columnâ rupium ſuſtentata, atque congellationibus ſtalactitibuſque ornata apparet ad libellam ambulationum Caſtelli *Barriere*. Atera videtur in Curiâ *Tullieres*, decem millia paſſuum à civitate (*b*) Perigordio, longa centum & viginti pedes, criſtalliſationibuſque inſtar favorum inſtructa.

Ad portas civitatis (*c*) Perigordii, in monticulo dicto *la Boiſſiere*, in Campo Cæſaris qui eum attingit, multa Oſtrea petrificata, aliaque Foſſilia ſaxis infixa occurrunt.

Verſùs monticulum poſitum in extremitate vallis dictæ *la Combe des Dames*, in Curiâ *de Champ-Quinel*, aliàs Campi Sabinorum, Cocleæ terreſtres petrificatæ inveniuntur.

In loco dicto *Drix*, tribus millibus à territorio *Bugue*, ſuper amnem (*d*) Viſeram, octo millia paſſuum ab urbe (*e*) Sarlato, oriuntur per intervalla ignes volatiles; quibus lignum in radice poſitum inflammatur.

In alio loco dicto *Montreal*, decem millium ab urbe (*f*) Perigordio ſpatio, in cellis vinariis Caſtelli, Criſtallum nativum eximiumque reperitur.

Non longè à civitate (*g*) Burdegalâ inve-

(*a*) Périgueux.
(*b*) Périgueux.
(*c*) Périgueux.
(*d*) La Veſere.
(*e*) Sarlat.
(*f*) Périgueux.
(*g*) Bourdeaux.

niuntur Conchæ petrefactæ *Bonnet Chinois* dictæ, quarum extremitas in hamum deſinit.

Fabrica ferraria extat in loco dicto *Rochebeaucourt*, in Provinciâ (*a*) Petracorienſi.

In Diœceſi (*b*) Auguſtæ Auſciorum prope civitatem ejuſdem nominis mineralia Turchoïdis reperiuntur.

Mineralia dicta *Gaverni*, in valle *de Baréges*, Plumbum præbent; item & mineralia *Courrette*, in eodem territorio.

Alia Plumbi mineralia in monte *Caſtillan*, in territorio (*c*) Bigorrenſi prope *Peyreſite*, in vicoque *Streix*, vallis d'*Auzun*, reperiuntur.

Ejuſdem metalli mineralia extant in loco *Perchytte*, vallis *Lavedan*, in locoque *Treſcrouts* Parochiæ *de S. Pée*, in quâ extat officina.

Alia Plumbi mineralia occurrunt in locis *Neſtalas* & *Gazoſt*, prope *Juncaratz*, ſuper Pyræneorum montem altiſſimum dictum *Pic du midi*; in territorioque (*d*) Bigorrenſi mineralia Cupri inveniuntur.

In loco dicto *Trou des Maures* occurrunt Plumbi mineralia à Romanis olim elaborata.

Duo Plumbi mineralia ſeſe exibent in loco *Toujere*, in territorio (*e*) Bigorrenſi; altera verò ejuſdem metalli in monte *Ville Longue*, vallis *Baréges*.

(*a*) Le Périgord.
(*b*) Auſch.
(*c*) Le Bigorre.
(*d*) Le Bigorre.
(*e*) Le Bigorre.

In valle d'*Aure* Comitatûs (*a*) Convenenſis, ſupra montem dictum *Tranſport*, divitia Cobalti mineralia inveniuntur, in eâdemque valle, in loco dicto *Arbiſſon*, Cupri mineralia Areſiâ mixta.

Alia Plumbi mineralia occurrunt in valle *de Loron*, non longè à loco dicto *Jenos*. Supra montem *Maupas*, prope vicum d'*Encauſe*, plures Turchoïdes venæque Plumbi apparent.

Argenti mineralia ſupra montem *Chicois*, decem millia paſſuum à Baroniâ *Aſpech* videntur.

Lapidicina marmoris, Plumbique mineralia ſuper montem *Aſperges*, in valle d'*Arbouſt*, inveniuntur.

Auri Cæruleique mineralia in monticulo *Portet* Baroniæ *Aſpech*, ejuſdemque metalli mineralia in loco *S. Beat* apparent, cum marmoris cinereo fulvoque colore lapidicinâ.

Plumbi mineralia prope oppidulum *Lége*, alia in monte *Souquette*, altera verò in monte *Argut*, naturæ Curioſis ſeſe offerunt.

In valle *Luchon* proximâ valli d'*Ayran*, in montibus vicinis, Plumbi mineralia argento inſtructa reperiuntur.

Mons *Goveiran* territorii (*b*) Convenenſis multa Argenti Plumbique mineralia continet.

In loco dicto *Maſſat*, in alto territorio (*c*) Convenenſi, occurrunt Ferri mineralia fabricæque ferrariæ.

(*a*) Le Cominge.
(*b*) Le Cominge.
(*c*) Le Haut Cominge.

Duo locupletiſſima Plumbi mineralia in loco *Goveilh*, territorii (*a*) Convenenſis, inveniuntur.

In valle d'*Arbouſt*, intra valles d'*Auzun*, *Luchon* & *Goveilh*, montes l'*Eſquierre* & *du Lys* abundant Plumbi mineralibus.

In locis *S. Beat* & *Biſe* videntur lapidicinæ marmoreæ.

Plura Cupri mineralia extant in locis *Campans* territorio (*b*) Bigorrenſi etiam vicinis.

In territorio *Soule*, in Vaſconiâ, Cupri mineralia in Parochiâ *de Haux*, non longè à loco *S. Angrace*, invenire eſt.

In imo Fontis civitatis *Langon*, duo millia paſſuum à civitate (*c*) Cadillaco, decemque millia paſſuum ab urbe (*d*) Burdegalâ, ſæpiùs Hydrargyrum fluidum invenitur.

Stibii mineralia in locis *Pierre-Couviſe*, *Auriac* & *Caſcatel*, in valle dictâ *Champ des Mines*, reperiuntur.

In vico *Langoiran*, ſex millia paſſuum à civitate (*e*) Burdegalâ, occurrunt tres Cryptæ criſtalliſationibus congellationibuſque inſtructæ; prope hunc vicum oſſa portentoſa, tam humana quam animalium marinorum, nuper reperta fuerunt.

In Parochiâ *de S. Eſtephe*, in territorio *Medoc*, locus admodùm amplus Echinitibus coopertus eſt.

(*a*) Le Cominge.
(*b*) Le Bigorre.
(*c*) Cadillac.
(*d*) Bourdeaux.
(*e*) Bourdeaux.

In prædio prope *S. Jean de Cole*, extat crypta innumeris Criſtallis incruſtata, cujus profunditas etiamnùm ignota eſt. Sæpiùs hæ criſtalliſationes ità creſcunt, ut ingreſſum omninò obſtruant. Colore flavido vel albido criſtalli ſunt, in lociſque criſtallo carentibus Bolus Armenicus videtur.

Decem millia paſſuum ab urbe (*a*) Burdegalâ, in lapidicinis dictis *Boury*, lapis cinerei albidique coloris ab incolis *Marbre bâtard* nuncupatus invenitur. Quamvis polituræ ſit idoneus, à duritie tamen marmoris multùm diſcrepat.

(*a*) Bourdeaux.

(*a*) BENEARNIA
SIMUL ET (b) *NAVARRA.*

INveniuntur in iſtâ Provinciâ Cupri, Plumbi, Ferrique mineralia in montibus Seneſcalli, Curiæ *de Monheins*.

Mineralia auri dicta d'*Iſturie*, in Regno (*c*) Navarrico, apud Romanos olim celeberrima fuere. Foſſa in altitudinem mille & ducentorum paſſuum excavata extat, monſque ad aquarum effluvium undique perforatus metallurgorum faciliter laborem promovet. Tres ampliſſimæ

(*d*) Le Béarn.
(*b*) La Navarre.
(*c*) La Navarre.

turres, quarum adhuc una videtur, cum munimento ad quinque aut ſex millibus hominum caſtra ponenda, foſſores in operationibus fulcibant.

Fons puteuſque aquæ ſalſæ civitatis *Sàlliés*, in Seneſcalli Curiâ *Sauveterre*, duabus iſtis Provinciis Sal eximium præbent.

(a) In inferiore Navarrâ nota ſunt mineralia Cupri dicta *Baigorri*, quatuor millia paſſuum à (b) Fano Sancti Joannis Pede-Portuenſis, cum fabricâ ferrariâ in valle conſtructâ.

Nova Cupri mineralia in monte d'*Aſtoeſcoria*, tria millia paſſuum à loco *Baigorri*, locupletiſſima ſunt, conſtante Cupri ramo dicto *Filon* ad quatuor pollicum làtitudinem.

In valle dictâ *Aure*, quæ jugum montis *Agella* cingit, plura Ferri mineralia reperiuntur, altera Plumbi cum lapidibus cæruleis.

Alia Plumbi mineralia apparent in monte *Avadet*.

Lapidicinæ eximii marmoris coloribus diſtincti, Criſtalli, Topaſii, Saphiri, aliæque Gemmæ in monte *Auveſia* occurrunt.

Mineralia Cupri præcipua Provinciæ (c) Benearniæ nominantur *Bellons*, *Iriré*, *Bourrins*, & *les Machicots*, prope oppidum *Bodens*, in valle dictâ *Aſpe*.

Alia mineralia dicta *Col de la Trape* & *Houart*, prope oppidum *de Laruns*, in valle d'*Oſſeau*, eximium Cuprum parùmque Argenti miniſtrant.

(a) La Baſſe Navarre.
(b) S. Jean-Pied-de-Porc.
(c) Le Béarn.

Plumbi mineralia occurrunt in monte *Habat* etiam dicto *Soris*, Parochiæ *Soute* & *Aas*, decem millia paſſuum ab oppido *Laruns*.

Cupri mineralia dicta *Bielle* in valle d'*Oſſeau*, decem millia paſſuum à *Laruns* extant, in eâdemque valle, in monte *de la Grave*, alia Cupri mineralia videntur.

Inveniuntur Bituminis mineralia quatuor millia paſſuum à Parochiis *Caupenes* & *Baſtenes*, in delectu *de Goujeac*; ex his mineralibus Pix, Aſphaltumque extrahuntur.

In locis dictis *Aſſon* & *Soubiron*, in (*a*) Bearniâ, duæ fabricæ ferrariæ extant; altera verò in loco dicto *S. Paul*, in delectu *de Lannes*.

In rivulis iſtius Provinciæ nominatis *Gaves* paleolæ aureolæ, præſertim in fluminibus *Salat* & (*b*) Garumnâ, trans confluens flumen (*c*) Ariegam, atque in rivulis B*enagues*, *Feriet*, prope (*d*) Pamiam, reperiuntur.

Septem Cupri mineralia in monte *Irriré*, prope vallem d'*Aſpe* occurrunt; alia ejuſdem metalli in monte *Machicot* videntur.

Curioſus naturæ ſcrutator in montibus *Belonca* & *Ludens* Plumbi mineralia reperit.

Plures Cupri venæ dictæ *Filons* in monte *Malpeſtre* apparent.

In monte B*ourreins* Cupri mineralia, & ad radicem alia Ferri Cuprique extant.

Montes dicti *S. Jean d'Eſcot*, *Iboſque* & *Gra-*

(*a*) Le Béarn.
(*b*) La Garonne.
(*c*) L'Arriége.
(*d*) Pamiers.

vette , mineralia Cupri poſſident.

Mineralia Plumbi & Argenti in montibus *Portuſon* reperiuntur.

Alia mineralia Plumbi & Argenti Cæruleique nativi in monte B*aricava* occurrunt.

Locupletiſſima Plumbi mineralia in monte *Varan*, aliaque ejuſdem metalli in monte *la Caumade* apparent.

In monte B*ouris* multa Cupri, Plumbi, Argenti, Cæruleique mineralia inveniuntur.

Duo Cupri mineralia unumque Criſtallorum videntur prope civitatem (*a*) Bertrandopolim territorii (*b*) Convenenſis caput.

Plura Plumbi mineralia in monte *Pladeres* invenire eſt.

Eximia ferri mineralia in monte *la Platere*, prope *Puygordon*, occurrunt.

Plumbi diverſæ venæ cobaltique in monte d'A*lbats*, & aliæ venæ Cupri in monte *Peyrenére*, extant.

(*a*) S. Bertrand.
(*b*) Le Cominge.

(a) OCCITANIA,

In quâ continentur (b) *Vivarienſis tractus* (c) *Gabalenſiſque*, (d) *Velaunia*, (e) *Montes Gebennæ*, (f) *Fuſcienſiſque Comitatus*, *&c.*

IN viculo B*outtonet*, non longè à (*g*) Monteſpeſſulano, occurrunt in multis lapidicinis rupibuſque Gloſſopetræ, Turbines, Chamæ, Pectines, Tellinæ, Globoſæ pleræque ſaxo infixæ, oſſa animalium petrefacta, Echini Spatagi majori formâ, Oſteocola, aliaque Foſſilia Concharum marinarum.

Non longè à vico B*alarûe*, octo millia paſſuum à (*h*) Montepeſſulano, in Cryptâ balneis proximâ pulchri videntur Stalactites inſtar Braſſicæ floridæ.

In territorio (*a*) Montisbarri inveniuntur multa Foſſilia; ſcilicet Pectines, Conchæ Anomiæ vertice roſtrato, Muſculi, Oſtrea roſtrata, Nautili, Cocleæ marinæ, Cornua Ammonis, Belemnitæ, Trochi, Buccina, Bucardia, Gloſſopetræ, lapides cruciferi, Aſtroites, lapides lenticulares.

Videntur Gloſſopetræ magnitudine conſpicuæ in locis *Romain*, prope loca dicta *Auxey* & *Evelles* inter *Nolay* & *Auxey*.

Lignum petrefactum metalliferumque in vico dicto *Soirans*, duobus milliaribus ab urbe (*b*) Auſſonâ invenitur.

(*a*) Montbart.
(*b*) Auxonne.

(a) CAMPANIA,

Cum Regionibus (b) *Sedanenſi* (c) *Doncheriacenſi &* (d) *Carolopolitenſi.*

AD portas urbis (*e*) Remorum apparent margæ fodinæ, quæ offerunt Belemnitas lucidas Achatiſque rubri colore, Echinites ferrugineos, Pyrites diverſiter effotmatos fuſos plerumque effingentes, Cornua Ammonis, Cha-

(*a*) La Champagne.
(*b*) Sédan.
(*c*) Donchery.
(*d*) Charleville.
(*e*) Reims.

mas, Tellinas, Oſtrea, alia margâ circumdata, aliaque in margâ ſolam figuram referentia. Obſervandum eſt, Pyrites lapſo tempore ferri humoriſque auxilio ſulphuris deſtructioni idoneo in terram ferrugineam, Gallicè *Efflореſcence*, converti.

In vico *de Cernay*, duo millia paſſuum à civitate (*a*) Remis, argillæ folliaceæ, congeries vegetabilium, quæ in terrâ naturaliter fermenteſcunt quæque ſulphureis & terreſtribus materiis onuſta ſunt, lapides arenarii feruginei, Criſtallis irregularibus, ſelenitiſque inſtar fabarum craſſis cooperti, Gypſum peculiariter criſtalliſatum inveniuntur, Entrochique pyramidales, Aſteriæ, Belemnitæ.

Sex millia paſſuum ab urbe (*b*) Remis, in vico *S. Baſle*, rubræ Corneolæ, ſilices quorum pars interior inſtar geodis vero ſabulo plena eſt, lapides calcarei detritu Concharum inſtructi inveniuntur: compactileſque ſunt pulvere terrâ ſabuloque alieno.

In vico *S. Thyerry*, quatuor millia paſſuum à civitate (*c*) Remis, lapidicinæ eorum lapidum calcareorum fragmentis Concharum onuſtorum rarò integræ inveniuntur; Talcum lucidum etiam videtur.

Similes lapides Talcumque reperiuntur in vico *Chamery*, quatuor millia paſſuum ab urbe (*d*) Remis, in monte ex adverſo collis *Courtagnon.*

(*a*) Reims.
(*b*) Reims.
(*c*) Reims.
(*d*) Reims.

gnon. Occurrunt etiam Corneolæ, ſilices Achati ſimiles, alii cavi, eodemque ſabulo, in quo apparent, repleti, ſilices albidi pellucidique fabæ craſſitie. Foſſilia omnis generis ibi invenit Curioſus naturæ amator.

In alio vico dico *Arcy le Ponzard*, duo millia paſſuum ab oppidulo *Fiſmes*, duodecimque millia paſſuum ab urbe (*a*) Remis, in vineis lignum Petrefactum oſtenditur ſiliceſque venoſi.

Gypſum folliaceum in vico *Sacy* prope hanc civitatem reperitur. Olim ibidem inventum eſt caput hominis craſſiſſimum, integrum & petrefactum, quod apud Dominum Joſnet M. Doctorem in urbe Remis commorantem hodie conſervatur.

In civitate Retel *Mazarin*, ſexdecim millia paſſuum ab urbe (*b*) Remis, Pyrites cubos referentes, etiamque in oppidulo *Chatillon ſur Marne*, duodecim millia paſſuum ab eâdem urbe ex parte civitatis (*c*) Sparnaci occurrunt.

In viculo dicto *Roquincour*, prope locum *Courcy* & civitatem (*d*) Remos, in horto prædii multa foſſilia curioſa manifeſtantur.

In Abbatiâ d'*Hautvillers*, octo millia paſſuum ab urbe (*e*) Remis, & duo millia ab urbe (*f*) Ageio, in vineis reperies facilè Pyrites Belemnitaſque; Foſſilia diverſa, licet exigua, integra pulchraque ibi apparent.

(*a*) Reims.
(*b*) Reims.
(*c*) Epernay.
(*d*) Reims.
(*e*) Reims.
(*f*) Ay.

In Prædio *Courtagnon*, ſex millia paſſuum ab urbe (*a*) Remis, extat collis in declivitate foſſilium dives, Politurâ, integritate, ſæpiùſque colore inſignium. Videntur Oſtracites, Gloſſopetræ, Purpurites, Pectinites, Strombites, Echinites, Nautilites, Chamites, Tellinites, Vermiculites, Muſculites, Bucardites, Solenites, Globoſites, Porcellanites, Ammonites, Tubulites, Coclites, Neritites, Trochites, Buccinites, Lepadites, Volutites, Rhombites, Muricites, Arca Noë, Mitella Sinenſis, Entales, Dentales, Echini-Spatagi, Aculei Echinorum diſtincti, Cylindrites, Cepa vulgò dicta *Pleure d'Oignon*, Oſteocola, Oſſa petrefacta, Corallum foſſile, ſiliceſque albidi & lucidi.

Cupri mineralia paucis abhinc annis reperta ſunt viginti millia paſſuum ab urbe (*b*) Remis.

Prope civitatem (*c*) Sancti Menulphi inveniuntur lapides dicti *Crapaudines*, magnitudine figurâque diverſi; in eodem delectu fabricæ ferrariæ, præcipuè in ſylvâ d'*Argonne*, poſitæ ſunt.

Aliæ fabricæ ferrariæ in locis civitati (*d*) Sancti Deſiderii circumjectis, duodecim millia paſſuum ab urbe (*e*) Baroducio, extant.

Hydrargyri mineralia in lapidicinâ in declivio montis poſitâ, quatuor millia paſſuum à

(*a*) Reims.
(*b*) Reims.
(*c*) Sainte Menehoult.
(*d*) S. Dizier.
(*e*) Bar-le-Duc.

civitate (*a*) Borbonio Arcimbaldi, occurrunt.

Prope civitatem (*b*) Carolopolim extant lapidicinæ marmoreæ, aliæ colore nigro, aliæ nigro & albido, aliæ variegatæ ſubrubto & albido; inveniuntur etiam Conchæ foſſiles Cornuaque Ammonis.

In Prædio *Château-Villain* multæ fabricæ ferrariæ occurrunt.

Montes rupeſque in territorio ſylvâque dictâ *les Ardennes*, non longè à civitate (*c*) Sedano, Conchas petrefactas offerunt, præcipuè Oſtrea & Muſculos; lapidibus communibus ædibus ædificandis idoneis frequenter infixæ ſunt.

In loco *Omeil* propè *Courtagnon*, lapides fragmentis Concharum infecti videntur.

(*a*) Bourbon les Bains.
(*b*) Charleville.
(*c*) Sédan.

TRACTUS GALLIÆ ADJECTI

(a) *Lotaringia ſimul & Regiones* (b) *Barenſis*, (c) *Metenſis*, (d) *Vero-Dunenſis* & (e) *Tullenſis*.

IN oppido (*f*) Sancti Nicolai, quatuor millia paſſuum ab urbe (*g*) Nancio inveniuntur non longè à civitate & Caſtello (*h*) Lunevillâ, & in vico dicto *Grey*, Gryphites, Entrochi, Oſtracites, Tubulares, Conchæ ſaxo inhærentes, Scilicet Chamæ, Tellinæ, Pectines, Oſtrea vulgò *Pleure d'Oignon*, lapides Judaïci, Stellares ſeu Aſtroïtes, Trochites, Coclites, Buccinites, Volutiles, Cornua Ammonis magnitudine pedis diametri; prope locum *Buiſſoncourt*, Spondilites, Muſculites, Terebratulæ, Conchæ vulgò dictæ *Poulettes*, in locis vico circumjectis reperiuntur, pulchræque congellationes.

Sex millia paſſuum ab urbe (*i*) Nancio invenias ſuper collem *de l'Avant garde*, non longè à

(*a*) La Lorraine.
(*b*) Le Barrois.
(*c*) Le Pays Meſſin.
(*d*) Le Verdunois.
(*e*) Le Tullois.
(*f*) S. Nicolas.
(*g*) Nancy.
(*h*) Luneville.
(*i*) Nancy.

vico *Pompée*, Dendrites, Cornua Ammonis, Criſtalloïdes & Arboreſcentes, in quibus ramulorum occurſus planè apparet Pectines, Echinos Hericioſque criſtalliſatos.

In loco dicto *Chatenoy* Belemnitæ ſolidæ inveniutur; & in oppidulo dicto *Roſieres aux Salines*, duodecim millia paſſuum ab urbe (*a*) Nancio, Sal quadrangulum criſtalliſatumque in puteis occurrit.

In locis *Remiremont* circumjectis, in itinere *Valdajox*, ſpecies Achatæ polituræ admodùm idonea conſpicitur. Elegantiores Petræ occurrunt in declivitate montis *du Bonhomme*, non longè à Fano (*b*) Sancti Deodati.

Quatuordecim millia paſſuum à civitate (*c*) Nancio, non longè ab Abbatiâ *de Senones*, Petræ ejuſdem generis reperiuntur; Odontopetræ etiam in vico *Longeville*, ſilices criſtalliſati, lapides ſtellares, Judaïci, Trochites, Cornua Ammonis, Gryphites, Chamæ, Muſculi, Pectines inveniuntur. Fons iſtius loci congellationibus curioſis non caret.

Fanum (*d*) Sancti Michaelis (*e*) Barenſis Provinciæ intra urbes (*f*) Tullum & (*g*) Verodunum, in lapidicinis ſuis miniſtrat Gryphites, Cancrites, Conchas ſaxo infixas, Aſtroïtes, Cometites, Encephalites, Stellares, Radiolos

(*a*) Nancy.
(*b*) S. Dié.
(*c*) Nancy.
(*d*) S. Mihel.
(*e*) Le Barrois.
(*f*) Toul.
(*g*) Verdun.

ſtellatos, lapides Judaïcos, Trochites, Belemnites metalliferas, Dendtites, Bucardites, Stelechites, Spongites, Salicites, Fungites, lapides Frumentarios, lapides Variolæ, Stalagmites quatuor colorum, Botryites, Tircites, Lepadites, Tubulites, Dentales, Coclites, Neritites, Buccinites, Turbinites, Volutites, Cylindrites, Muricites, Globoſites, Echinos-Spatagos, Muſculites, Tellinites, Buccardites, Pectinites, Terebratulas, lapides lucidos, lapides confectorum *de Tivoli* maſſam referentes, radices rubras ſæpiùs imitantes, minutiſſimos globulos dictos *Nonpareille.*

In loco *Jar*, duo millia paſſuum à (*a*) Fano Sancti Michaelis, inveniet Curioſus lapides dictos *des Dragées.*

Occurrit Criſtallum ſex faciebus coloratis formatum in vico S. *Préez* conductionis Abbatiæ *Moyen Moutier*, quinquaginta paſſus ab Abbatiâ *de Sénones.*

Metallorum fluores inveniuntur in montibus *de Voſges*, in loco dicto *Valdajox.* Criſtallum etenim lucidum aliis ſimiliter inciſum, lapideſque diverſi coloris ſplendentes occurrunt. Mons dictus *la Quarre*, duo millia paſſuum ab Abbatiâ de *Rémiremont*, eoſdem lapides fundit.

Mineralia ferri in loco dicto *de Framont* ad radices montis *Donon* montium *de Voſges* altiſſimi occurrunt.

Criſtallus eruitur in vicis *Couvay* & *Ancervillers*, non longè à loco *Blamont*, etiam & Conchæ criſtalloïdes.

(*a*) S. Mihel.

Talcum Criſtallumque aſperum in rupe *du S. Mont* invenitur.

Plures lapidicinæ marmoreæ, multaque Ferri mineralia in (*a*) Lotaringiâ exiſtunt, præcipuè in loco *Chipaul.*

In loco Boncourt, duo millia paſſuum ab urbe (*b*) Commerciaco, videt curioſus naturæ ſcrutator Lepadites, Tubulites, Globoſites, Oſtracites, Bucardites, Turbinites criſtalliſatos Conchaſque marmoreas.

In loco appellato *Hazancourt* Gryphites ſunt aliaque Foſſilia.

In itinere ad civitatem (*c*) Commerciacum marcaſſitæ inſtar ſagittæ dictæ Ceraunias, concretiones criſtallinæ ſtalagmiteſque videntur.

Lapis dictus *Cos* oritur non longè ab Abbatiâ *de Moyen Moutier*; ex Balneis loci dicti *Bannieres* lapides ſulphurei ſaponariique extrahuntur.

Piſcari licet Muſculos Margaritiferaſque in amne *Valogne*, qui in (*d*) Moſellam influit non longè à loco *Archettes*, quatuor millia paſſuum à loco R*emiremont*.

Stalagmites quatuor coloribus inſigniti videntur in loco *Temry*, ſex millia paſſuum à civitate (*e*) Dieusâ.

Videntur pariter Foſſilia, ſcilicet Terebratulæ, Cocleæ, Chamæ, Tellinæ, Cornua Ammonis

(*a*) La Lorraine.
(*b*) Commercy.
(*c*) Commercy.
(*d*) La Moſelle.
(*e*) Dieuze.

Oſtreaque in civitate (*a*) Muſſi-Ponto, rarioreſque Anomiæ, & Conchæ lapidibus commiſſæ.

In vico *Creux*, ſex millia paſſuum à Fano (*b*) Sancti Michaelis, Vermiculites, Oſtrea, Cornua Ammonis reperiuntur.

In loco *Oron* Cornua Ammonis, Gryphites, Chamæ, Pectines viſuntur.

In Abbatiâ d'*Etival*, quatuor millia paſſuum à *Sénones*, Oſtrea, Cornua Ammonis, Talcum & alia Foſſilia manifeſtantur.

Videat Curioſus in loco *Noviant* Echinos pulcherrimos, & in alio loco *Couvay*, octo millia paſſuum à *Sénones*, lapides ſex faciebus inciſos vitro ſecando idoneos, lapideſque exiguos & globoſos.

Non longè à civitate (*c*) Carolopoli Gryphites Cornuaque Ammonis & Criſtalloïdes videre eſt.

Prope civitatem (*d*) Tullum Leucorum apparent multa Foſſilia, præcipuè Cornua Ammonis, ſalque foſſile.

Decem millia paſſuum à civitate (*e*) Veroduno, in Ducatu (*f*) Barenſi, videntur Bucardia Cornuaque Ammonis.

Conchæ dictæ *Poulettes* in vineis *de Moyen*,

(*a*) Pont-à-Mouſſon.
(*b*) S. Mihel.
(*c*) Charleville.
(*d*) Toul.
(*e*) Verdun.
(*f*) Le Duché de Bar.

in Epiſcopatûs appendice inveniuntur, quatuor millia paſſuum ab urbe (*a*) Lunevillâ.

In flumine (*b*) Moſâ occurrunt ſilices variis coloribus figuriſque inſigniti, præcipuè Cornua Ammonis.

In lapidicinâ *de la Côte de Sainte Marie*, in itinere ad urbem (*c*) Verodunum reperiuntur Terebratula, Gryphites aliaque Foſſilia.

Æſtimant incolæ Salinas civitatis (*d*) Mediovici Diœceſis (*e*) Metenſis locorum *Rozieres*, *Château Salins*, *Dieuze*.

Lignum dictum *de Sainte Lucie* creſcit non longè à civitate (*f*) Spinalio, viginti duo millia paſſuum ab urbe (*g*) Nancio.

In locis civitati (*h*) Duno circumjectis, in Ducatu (*i*) Barenſi, communia ſunt Bucardia diverſi generis, Cornuaque Ammonis.

Argenti mineralia in loco dicto *la Croix*, *Chipaul*, in vallibus *Licore*, *de Sainte Marie*, occurrunt.

Cupri mineralia in locis *Lubine* in (*k*) Lotaringiâ Germanâ, *la Croix*, *Fraiſe*, *Sainte Marie* in vico *Sainte Croix*, *Luſſe* in territorio *S. Dié*, in monte *Tillot*, in valle *Liévre* prope

(*a*) Luneville.
(*b*) La Meuſe.
(*c*) Verdun.
(*d*) Moyenvick.
(*e*) Metz.
(*f*) Epinal.
(*g*) Nancy.
(*h*) Dun.
(*i*) Le Duché de Bar.
(*k*) La Lorraine Allemande.

locum *Vaudrevanges*, in loco *Sainte Marie aux Mines*, extant.

Reperitur Cobaltum in valle *Sainte Marie*, Alumenque in viculo *Touteweiller*, tria millia paſſuum à civitate (*a*) Ponte-Saravi, in valleque *Longwi*.

Alia Stibii mineralia in valle *Liévre* inveniuntur, eodemque in loco Arſenici mineralia.

Alia Litantracis mineralia in loco *Hargarthen* in (*b*) Lotaringiâ Germanâ, in oppidulo *S. Hypolite*, videntur.

Plumbi mineralia apparent in locis *la Croix*, *Hargarthen*, in valle *Sainte Marie*, in loco *Sainte Marie aux Mines*.

In loco *Schalwembourg* Hiſtoriæ naturalis Sedulus videt Achatum, Granatorumque ſeries, in valleque *Vagni* eoſdem lapides aliaſque gemmas.

Mineralia ferri prope civitatem (*c*) Belforcium occurrunt.

Fluores flavidi mineralium Argenti non longè ab urbe (*d*) Monaſterio Sancti Gregorii reperiuntur.

In vico *Calmeweiller* Achates extrahitur, in eodemque loco elaboratur.

Mineralia Cupri officinaque in vico *Caſtel* occurrunt.

In rivulo dicto *Vologne* ad locum *Jarmenil*,

(*a*) Sarburgh.
(*b*) La Lorraine Allemande.
(*c*) Béfort.
(*d*) Munſter.

in lacuque *Geralmer*, ex quo is rivulus oritur inveniuntur Margaritiferæ.

In vico *Obſteten*, duo millia paſſuum à civitate *Birckenfeld*, Achates reperitur.

Quatuor millia paſſuum ab urbe (*a*) Sarauvo Ludovici, in loco *Mertein*, reperiuntur mineralia Plumbi ibique fabricantur.

Alia mineralia Cupri, cærulei occurrunt in locis *Bleauberg* & *Vaudrevanges*.

Ferri mineralia apertè videntur in loco *Thiçour*, duodecim millia paſſuum ab urbe (*b*) Metâ, præterea Cornua Ammonis, Oſtrea roſtrata, Entrochi, Ceſpites, Pectines, Oſtrea Belemnitas continentes, alii Pectines Areſiæ colore; alii partes aciculis criſtalliſatis inſtructas inſtar ſtalactitum demonſtrant, alii cum Hyacinthorum ſtratis ſubrubris.

In territorio *Havold* Hyacinthi, Dentales, Antaleſque videntur.

In itinere ab urbe (*c*) Argentorato ad locum *Thimonville*, prope declivium dictum *Delme*, pectines magni, Ceſpites parvos Pectines Conchaſque dictas *Poulettes* continentes; alii Ceſpites colore Ardeſiæ, Buccina, Gryphites, alii plura ſtrata criſtalliſata duorum ex quibus mucrones diametraliter oppoſiti ſunt, inveniuntur.

(*a*) Sar-Louis.
(*b*) Metz.
(*c*) Straſbourg.

(*a*) BURGUNDIÆ COMITATUS.

IN locis civitati (*b*) Biſuntio circumjectis non longè à civitate (*c*) Lonſio Salnerio, frequentes ſunt in vineis lapides figurâ oblongâ, qui in trunculos disjuncti ſtellas regulares efformant.

Montes iſtius Provinciæ denotant lapides figuratos, in quibus Arbores, Aves, Piſceſque depinguntur.

Non longè ab eâdem civitate vulgò videntur Belemnitæ, Trochites, Cornuaque Ammonis metallifera, Purpurites, Bivalvia dicta *Poulettes*, lapides numiſmales, Coclites, Anomiæque rariores.

Prope eandem civitatem (*d*) Lonſium Salnerium mineralia Argenti, Cupri, Plumbi, Ferrique apparent.

Non longè à civitate (*e*) Salinis, in rupe dictâ *le Poupet*, minimè rara ſunt Cornua Ammonis metallifera, Bivalvia appellata *Poulettes*, Trochi, Bucardia, & Tellinæ.

Lapidicinæ prope civitatem (*f*) Biſuntium demonſtrant globulos dictos *Dragées de Pierre* ad ſexcentorum pedum profunditatem.

(*a*) La Franche-Comté.
(*b*) Beſançon.
(*c*) Lyon le Saunier.
(*d*) Lyon le Saunier.
(*e*) Salins.
(*f*) Beſançon.

Exigua Cornua Ammonis, Corallum Foſſile, Vermiculi, Turbines, aliaque Foſſilia in iſto comitatu undique apparent.

In multis lapidicinis, præcipuè in locis civitati (*a*) Salinis circumjectis, eruuntur Alabaſtra albidiſſima lucidiſſimaque; alia Jaſpidea ſunt, reperiturque in eis marmor nigrum.

Fontes aquæ ſalſæ civitatis (*b*) Salinarum ex quatuor ſcaturiginibus erumpentes ſal producunt, quod ab igne diſſolvitur, ita ut ex centum aquæ libris, viginti ſalis libræ efficiantur; eæ Salinæ diſtinguntur in magnam minimamque appellatam *le Puits à Muire*.

Crypta vicina loco *Quingey* columnis congellatis aliiſque figuris mirificis ornatur; occurrunt duæ aulæ ſpatioſæ pariterque inſtructæ. Congellationes intra ſpatium quindecim dierum continuo aquarum lapſu immutantur.

Cella glacialis prope vicum *de Leugné*, ſex millia paſſuum ab oppido *Beaune les Nones*, offert congellationes è teſtudine pendentes; lapideſque mali Citrei corticum conditorum ſimiles in Cryptæ extremitatibus apparent. Teſtudo ejus triginta quinque pedes alta, ſexaginta pedes lata, trigintaque ſex longa videtur.

Ad ripam fluminum (*c*) Sauconæ, (*d*) Dubis *Longnon*, *la Louve* exurgunt triginta fabricæ ferrariæ, in quibus Ferrum eximium totius Provinciæ fabricatur.

(*a*) Salins.
(*b*) Salins.
(*c*) La Saonne.
(*d*) Le Doux.

eximium totius Provinciæ fabricatur.

Alia fabrica ferraria videtur in loco *Aſſonne* ſuper civitatem (*a*) Cabilonum. Duo Argenti mineralia nominata *Charquemont* occurrunt in monte *Fura*, *Château-Lambert*; tertium in monte *Balon*, uno milliario *à Château-Lambert*.

Cupri mineralia in locis *Château-Lambert*, *Plancher les Mines*, & *S. Marcel-les-Juſſé*: alia Plumbi mineralia in loco *Ternuat*, ſex millia paſſuum à *Château-Lambert*, offendit Phyſicus.

Lapidicinæ marmoroſæ lapideſque Jaſpidei in vico *Sampans*, quatuor millia paſſuum à (*b*) Dolâ, exiſtunt.

Paleolæ aureolæ ex ſabulis fluminis (*c*) Dubis à loco *Orchamp*, quatuor millia paſſuum ab urbe (*d*) Dolâ, uſque ad decem millia paſſuum extrahuntur.

(*a*) Challon.
(*b*) Dole.
(*c*) Le Doux.
(*d*) Dole.

(*a*) RUSCINENSIS COMITATUS.

DUodecim millia paſſuum à civitate (*b*) Perpiniano, in monte *Fauche*, albidum marmor magnis venis cæruleis & aliis ſubviridibus variegatum videtur.

(*a*) Le Rouſſillon.
(*b*) Perpignan.

In Diœceſi (*a*) Perpinianenſi Amethiſti Albidi vulgò reperiuntur.

Mineralia Salis, ex quibus fabricantur Candelabra, Cruces, aliaque opera marmorea, ubique invenire eſt.

Alia mineralia Gagatæ in loco dicto *Plat de Gantas* in montibus appellatis *Conflant* occurrunt, ſimiliaque in loco *Tourton*, in valle *Corbiere*.

Non procul à vico *Corbiere* in vineis invenias Amethiſtos ſubrubros, lucidos, formanteſque ſex Adamantis apices.

In montibus (*b*) Pyrræneis vallis ſuppeditat lapides dictos *Hiſterolythos*, id eſt qui naturam mulieris repræſentant; alios verò vallis proxima Priapolitos offert. Si de eorum lapidum partibus oſſeis judicare licet, animalium fragmenta petrefacta dici poſſunt.

Non longè à vico *Padere* mons ſurgit præruptus, cujus ex quinque aut ſex aperturis apparet ad auri mineralium inveſtigationem olim metallurgos eum diſpoſuiſſe.

Mons *du Canigou* multos Criſtallos aliaque Foſſilia producit, præcipuè in locis nive longo tempore tectis.

In montibus *Valeſpir*, in territorio *Cotonges*, ſunt multæ Hiſterepetræ colore nigro, duritie polituràque præditæ: pulchriores inveniuntur in montibus Galliæ finibus circumſcriptis, ad domum nominatam *Fabrega de la Muega*.

Ad radices montis *Batera*, non longè à rupe

(*a*) Perpignan.
(*b*) Les Pyrennées.

dictâ *los Caſtilletos*, extant ſilices lucidi ſaccharo ſimiles; alii ſaponis partes repræſentant: occurrunt in eodem loco lapides Belemnitis aſſimiles, lucidiſſimi, ſagittarum formâ, auratiſque clavis circumdati.

Locus dictus S. *Vincent*, non longè à vico *de Reynes*, in humo arenoſâ intra montes *de Salces* inſtructus eſt lapidibus lucidis, albidis, ſubcærulei, violacei aureique coloris, ſex facies repræſentantibus, quique olivæ magnitudinem non ſuperant.

Videntur etiam in flumine *Tech*, non longè ab oppido *Ceret*, decem millia paſſuum à civitate (*a*) Perpiniano, ſilices lucidi duritieque præditi.

In loco *Maſſanet* inveniuntur Topazii dicti *Sainte Colombe* à territorio in quo oriuntur. Craſſi ſunt, duri, ſubnitidi, ſed colore flavo, tenebroſo. Aquæ ſtagni in eo loco poſiti exundantes terras effodiunt eo modo, ut lapides facilè deprehendantur.

Non longè à loco dicto *Notre Dame del Coral*, prope locum nuncupatum *Col d'Ares au Valſpic*, videat Phyſicus lapides duriſſimos nigro ſplendidoque colore abſque politurâ lucentes; creditur lapis Plinii obſidiaris. Grani formantur nuncupati Corallum nigrum, undè incolæ putant nomen loci accepiſſe *Notre Dame del Coral*.

Gypſariæ prope arcem (*b*) Salſulæ octo mil-

(*a*) Perpignan.
(*b*) Salſes.

lia paſſuum à civitate (*a*) Perpiniano, ſuppeditant lapides cotibus ſimiles; in eorumque ſuperficie aurati clavi lucidi, angulareſque, inſtar Adamantis acuminis, irregulariter eminent.

Non longè à vico *Sirac* Crypta ſpatioſa pulchris petrificationibus ornatur.

Altera Crypta prope vicum *Corbera* petrificationes eximias offert.

Occurrunt in montibus Ićthyopetræ, ſeu Piſcium imagines lapidibus impreſſæ.

Marmora in civitate (*b*) Narbonâ conſtant colore roſaceo veniſque albidis variegata.

Mineralia Cupri inveniuntur in vicis dictis *la Preſte*, *le Coral* & *Sorrede*.

Altera mineralia ferri reperiuntur in loco dicto *Pinoſe*, in monte quem apellant *de la Patere*: in ſuperficie terræ extantia non effodiuntur ſed dividuntur in minimas partes, ut faciliùs ad fabricam ferrariam transferantur.

Duo mineralia Plumbi cum Argenti particulis extant non longè à vico dicto *Sorrede*, & in radice montis de *Tauch* prope *Corbiere*. Ex his mineralibus *Alquifou* extrahitur.

In radice Pici *Bugarach* montis altiſſimi *des Corberes*, duo millia paſſuum à vico ejuſdem nominis, extant mineralia Gagatis, ex quibus conficiuntur in eodem loco Torques & Capellinæ. Invenitur ibidem Succinum, lignum petrefactum, in itinereque Echinites & Pectunculi.

(*a*) Perpignan.
(*b*) Narbonne.

In montibus (*a*) Pyrreneis, non longè à vico *S. Laurent de Cerdan* in territorio *de Cuſtuja*, inveniuntur lapides ſemi-circulares vel ſemi-ovati, qui nominantur apud naturæ curioſos Hiſteræ petræ, Cornua animalium petrefacta, ſeu Belemnitæ Pyrenaïcæ, Dentes molares & Gloſſopetræ.

Sæpè in montibus ejuſdem Provinciæ inveniuntur in lapidibus ſtellæ quinque radiis inſtructæ, quæ formam ſtellarum marinarum repræſentant, Pectines auriti, Trochites, quos incolæ nominant *Mamelons*, Aſtroïtes, Millepora, Abrotanoïdes, vel Frondiporæ, lapides globoſi foliis Rubi tecti, alii plani vineæ foliis cooperti.

Multa Foſſilia, aliaque fragmenta Concharum marinarum in ſtratis inveniuntur in locis vico dicto *Naſſiac* circumjectis, quatuordecim millia paſſuum à mare.

Prope oppidum *Eſtagel* reperitur Talcum colore corporeque lucido, lapidi Schiſto non omninò abſimile.

Plura Cupri mineralia occurrunt in territorio *Pratz de Mouilhou*, in locis dictis *les Billots*, *le Minier de S. Louis*, *S. Salvador*, in colle *de la Régine*, in colle *de la Cadere* prope *Couſtouges*, non longè *à Surede* in loco dicto *Peirable* non longè *à Lavail*, in territorio *Balleſtein* in tribunatu *Conflent*, in locis dictis *Puich des Mores*, *Coma*, in territoriis *Ellec* & *Eſtouere* in colle *de la Galline*, *Lavail de Pratz*, intra

(*a*) Les Pyrénées.

loca *Eſcarro* & *Fontpédure*, in locis *Carenſa* quatuor millia paſſuum à precedenti loco, *Lavail de Pratz* dicta *le Recou*, *Lopla de la Goute*, in radice ſtagni *des Eſpagols*, in monte dicto *Carenſa*, in vico *Fourmignieres* prope Curiam *de Ral*, in territorio *la Cerdagne Françoiſe*, in loco dicto *Pedreforte* vallis *Carol*, in alio dicto *les Bains de Rennes*, & in montibus *Blanchefort*, prope vicum *Valmigniere*, in locis *Salveſines*, *Carrus*, *Soulas de Freche*, *S. Louis*, *Lappreſt*, *Sainte Barbe*, *Pérodel*, non longè ab eremo dicto *Notre Dame del Corall* in colle *Bruadel*.

Plura Plumbi mineralia inveniet Phyſicus in territoriis *Prates*, *Manere* & *Serra longa*, in alio dicto *le Minier de S. Antoine de Padouë* prope civitatem (*a*) Arelatum; in alio dicto *Torrigna*; mineralia in globulos diſtincta dicta *Rognons* in loco *Sirac*, *Vernet* prope *Villefranche*, in alio appellato *de Fillots*, *Sahors* in vico d'*Eſcarro* quatuor millia paſſuum à loco *Villefranche* & d'*Olette*, in locis dictis *Lozat del Bouro*, *Clavagnera* etiam globuli d'*Alquifou*; in tribunatu *Capſir* territorii *Galbes*, quatuor millia paſſuum à loco *Puyvaladou*, in territorio *Fourmignieres*, in loco dicto *Pedreforte*, vallis *Carol*.

Mineralia Argenti in territorio *S. Colgat*, in territorio *la Cerdagne Françoiſe* vallis *Carol*, in loco dicto *Pedreforte*, inveniuntur.

In vico *Mezous*, ſex millia paſſuum à civi-

(*a*) Arles.

tate (*a*) Perpiniano, Argenti mineralia Cupro Plumboque mixta in montibus vicinis reperiuntur.

Fabricæ ferrariæ ex adverſo loci *Mezous* mineraliaque Ferri in loco *Piſſegut* videntur.

Mineralia mixta in monte *Montgaillard* apparent.

Aluminis mineralia extant prope *Pradez.*

Salinæ prope locum *Lanet* ſtagnumque *Saint Nazaire* occurrunt.

(*a*) Perpignan.

(*a*) ARTESIÆ COMITATUS.

LApidicinæ ſiliceæ petrarumque albidarum, in locis editioribus civitatis (*b*) Atrebati pro ſecundis cellis vinariis ſunt; Eccleſiæ chori formam præbent cum ſtallis in rupe inciſis: in eis ambulare licet, ut aiunt, ab (*c*) Atrebato uſque ad locum *S. Eloy*, quatuor millia paſſuum diſtantem.

In vico dicto *Pernes*, ſex millia paſſuum ab urbe (*d*) Bethuniâ, Litantracis mineralia inventa ſunt, infraque ſtrata lapidum Areſiæ colore, petrâ albidâ duriorum, ſilicibuſque molliorum.

Dicuntur ab incolis Litantracis mineralia, quæ in loco dicto *Freſne les Condé* in (*e*) Belgio

(*a*) Le Comté d'Artois.
(*b*) Arras.
(*c*) Arras.
(*d*) Béthune.
(*e*) Le Hajnault François.

Gallico, necnon in civitatis (*a*) Valentianæ ſuburbiis aperta ſunt, eadem ad portam civitatis (*b*) Atrebati pertranſire ſuper vicum dictum *Sainte Catherine*, atque ad littora Maris ex parte urbis (*c*) Caleti pertingere.

Marcaſſitæ flavæ lucidæque in vico dicto *Ablain S. Nazare*, ſex millia paſſuum ab (*d*) Atrebato, reperiuntur, denotantque ſpeciem mineralium Stanni vel Plumbi, quæ probatæ in cruſelino in vaporem ſolvuntur.

Occurrunt præterea mineralia ſatis aſſimilia, ſed alteris duriora quæ ut aiunt incolæ, continent Cuprum albidum mixtum eiſdem materiis: videntur in vico dicto *Hetru*, tria millia paſſuum à loco dicto S. *Pol*.

In lapidicinis vici dicti *Bruele*, quatuor millia paſſuum à civitate (*e*) Tornaco, vigintique millia paſſuum ab (*f*) Atrebato, lapis flavus luciduſque ad nucis craſſitudinem, ſaccharum quod candum vocatur repræſentans, invenitur. Super molam expolitur, multiſque operibus idoneus eſt: alii lapides oblongiores alaudæ roſtro aſſimilantur.

In iſtis lapidicinis lapides communes nigri ſunt, aptique ad tumulos & aquæ receptaculos conſtruendos, ex quibus calx conficitur dicta *Cendron de Tournay*, ad ciſternarum, teſtudi-

(*a*) Valencienne.
(*b*) Arras.
(*c*) Calais.
(*d*) Arras.
(*e*) Tournay.
(*f*) Arras.

numque pavimenta multum idonea : infraque lapides Marga craſſiſſima figulinis Batavis apta invenitur.

In vico dicto *Douviers*, ſex millia paſſuum ab urbe (*a*) Hedino milleque paſſus ab Abbatiâ dictâ *Dammartin*, occurrunt Echinites figurâ globosâ, ſed extremitate elongatâ, alii figurâ Coni cum papillis diſtinctis, alii verò triangulares cum ſtellâ concavâ quinque radiorum. Plures Cretâ albidâ, alii ſilice pleni ſunt.

Prope eandem civitatem in vico dicto *Fontaine Leſtallon* exigui lapides reperiuntur colore cinereo, duriſſimi, ovi formâ, ex unâ parte planè inſtar Aſtroïtum inſigniti, lineis punctis ductis, rectis & obliquis, quæ duos ordines parallelos efformant in modum faſciæ, quæ aliis in contrarias partes tendentibus jungitur.

Pyrites variegati inſtar Stanni ſplendentes & ſatis craſſi apparent in vico *Souchet*, quatuor millia paſſuum ab (*b*) Atrebato, in alioque nominato *Ramecourt* quinginta paſſus à loco S. *Pol*, prope clivi crepidinem civitatis (*c*) Atrebati.

In locis civitatibus (*d*) Hedino & (*e*) Baſſeæ circumjectis, duodecim millia paſſuum ab (*f*) Atrebato, eximiores glebæ exſiccatæ igniariæ occurrunt ; aliæ in ſuperficie terræ inveniuntur dictæ *Palets* prope urbem (*g*) Audemaropo-

(*a*) Hédin.
(*b*) Arras.
(*c*) Arras.
(*d*) Hédin.
(*e*) La Baſſée.
(*f*) Arras.
(*g*) S. Omer.

lim, in (*a*) alti Pontis paludibus.

Inſulæ fluctuantes non longè ab eâdem civitate & Abbatiam (*b*) Clari Mariſei in loco Paludoſo extant. Maxima viginti quinque pedum longitudinem, duodecimque altitudinem habet, moveturque mediante conto uncinato: attamen arbuſtis in medio inſtructa eſt, in eâque equi, aſini & vaccæ paſcuntur.

(*a*) Le Haut Pont.
(*b*) Clermaretz.

(*a*) ALSATIA.

PAleolæ aureolæ in Sabulis fluminis (*b*) Rheni inveniuntur, etiam ſilices lucidi, qui ſecturâ factâ ſilicibus *Médoc* pulchriores fiunt.

Mineralia ferri in loco *Dembach*, quatuor decim millia paſſuum ab (*c*) Argentorato, & in montium *de Voges* declivitate poſita, ex quibus Stomomatis officina facta eſt, inveniuntur.

Reperitur in his mineralibus Sabulum nigrum naturæ ferri ſimile, quod Magnes ad ſe trahit.

Plumbi mineralia apparent in locis *Giromani* Stibio mixta in vico *Auxelles* prope locum *Giromani*, in vicis *Stembach* non longè à loco *Sernay*, in valle S. *Amand de Thurn* & S. *Nicolas* prope *Rougemont*, in valle *Leberthal*, in loco *Aſtembach*.

Cupri mineralia in locis *Giromani*, *Stem-*

(*a*) L'Alſace.
(*b*) Le Rhin.
(*c*) Straſbourg.

bach, S. *Nicolas*, in valle *Leberthal*, in loco *Aſtembach*; alia colore Amethyſtino in loco *Sainte Marie aux Mines*, inveniuntur.

Argenti mineralia in locis *Giromani*, *le Puy*, in ſuperiore (*a*) Alſatiâ, *Pfleuning-Thourn*, & in territoriis S. *Pierre* prope vicum *Auxelles*, *Theitzgran*, *Haunette le Haut*, dictà *Gueſchchaff*, in loco dicto *Sainte Marie aux Mines* & *Aſtembach*, occurrunt.

Fabricæ ferrariæ apparent prope (*b*) Monaſterienſem urbem in loco *Grandvillars* ex parte civitatis (*c*) Befortii.

(*a*) La Haute Alſace.
(*b*) Munſter.
(*c*) Béfort.

(*a*) BELGIUM GALLICUM,

Cum (b) *Cameracenſi Agro*, (c) *Hannoniâque Gallicâ.*

FErri mineralia in Provinciâ (*d*) Hannoniæ Gallicæ inter flumina (*e*) Sabïm & (*f*) Moſam, reperiuntur.

Alia ejuſdem metalli in Comitatu (*g*) Namur-

(*a*) La Flandre Françoiſe.
(*b*) Le Cambreſis.
(*c*) Le Haynault François.
(*d*) Le Haynault François.
(*e*) La Sambre.
(*f*) La Meuze.
(*g*) Le Comté de Namur.

cenſi montibus ſilicibuſque circumdato occurrunt.

Extant ferri mineralia in loco *Trelou*, ſex millia paſſuum ab (*a*) Avennâ, in foro Tribuni capitalis (*b*) Malbodii.

Alia ejuſdem metalli in loco *Glageon* æqualiter ab eodem oppido remoto occurrunt; nominantur *Couplie le Voye*, copioſa, ſed tractu difficilia. Tres fabricæ ferrariæ fornaxque non longè ab iſtis mineralibus extant.

Videntur etiam ferri mineralia in locis dictis *Signy le Petit*, *la Neuville au Tourneur*, in Parochiâ *Anvillier*, in vico *Donſois* tria millia paſſuum ab urbe (*c*) Philippopoli, in alio dicto *Couvins* decem millia paſſuum ab eâdem civitate.

Argenti mineralia in prædio *Chimay* exiſtere dicunt incolæ.

Plumbi mineralia dicta *Vedrin* duo millia paſſuum ab urbe (*d*) Namurco in monticulo apparent.

Litantracis mineralia occurrunt in loco *Freſne* prope civitatem (*e*) Condatum, & in vico *Anſin* non longè ab urbe (*f*) Valentianâ.

Alia ejuſdem generis exiſtunt quatuordecim millia paſſuum à vico *Kievrain* prope urbem (*g*) Condatum uſque ad Caſtellum *de Mari-*

(*a*) Aveſnes.
(*b*) Maubeuge.
(*c*) Philippeville.
(*d*) Namur.
(*e*) Condé.
(*f*) Valenciennes.
(*g*) Condé.

mont, octo millia paſſuum ab urbe (*a*) Montibus Hannoviæ. Vena Litantracis tres vel quatuor pedes lata inter rupis duriſſimæ ſtrata & ad ducentorum decem pedum profunditatem videtur, nominaturque *Houille.*

In Dinaſtiâ (*b*) Burburgenſi & territorio *Furnenback* ad quatuor vel quinque pedum profunditatem ſeſe offerunt glebæ exſiccatæ igniariæ, quæ non aliud exhibent, quàm lignum petrefactum. Arbores ſubverſæ, folia, fructuſque in his apparent.

In locis civitati (*c*) Montibus Hannoniæ circumjectis extant quinque fornaces quindecimque fabricæ ferrariæ in prædio *Chimay*, officinaque æraria in loco *Beaumont*, tres fornaces in prædio *Merlou.*

In appendice civitatis (*d*) Malbodii duæ fornaces quatuorque fabricæ ferrariæ in prædio & civitate (*e*) Avennâ, ſcilicet in vico *Anor*, *la Forge de Milor*, *la Lobiette* mille paſſus à vico *Anor*, *Neuforge* octo millia paſſuum à civitate (*f*) Avennâ, alia fabrica in loco dicto *Pont de Sains*, Curiæ *Féron*, quatuor millia paſſuum à prædio (*g*) Avennâ, & in alio dicto *Huſtiau* propè Abbatiam (*h*) Signiacum inveniuntur.

Areſiæ mineralia prope oppidum *Fumay* ſu-

(*a*) Mons.
(*b*) Bourbourg.
(*c*) Mons.
(*d*) Maubeuge.
(*e*) Aveſnes.
(*f*) Aveſnes.
(*g*) Aveſnes.
(*h*) Signy.

per oppidulum *Givet* ad (*a*) Moſam inveniet Phyſicus.

In ſylvâ *des Ardennes* videntur Foſſilia genere, colore formâque conſpicua.

Lapidicinæ marmoreæ extant prope civitatem (*b*) Namurcum, quarum marmori coloris nigri nomen dedit iſta civitas; marmora dicta *Charlemont* colore rubro & albido ſunt, *Givet* colore nigro venis albidis inſtructo, *Barbançon* eodem colore, *Rance* prope civitatem (*c*) Avennam colore albido nigroque cum venis albidis; marmor dictum *Breſche de Florennes*, in (*d*) Belgio, prope civitatem (*e*) Namurcum, magnis maculis nigris, & albidis, Achatæ, & in imo Porphyritico colore eſt; aliud item marmor dictum *Griotte* in multis locis (*f*) Belgii reperitur.

Reperiuntur etiam marmora in vico & Abbatiâ *Lieſſies*, in prædio *Chimay*, & in itinere ad civitatem (*g*) Malbodium, duo millia paſſuum ab urbe (*h*) Avennâ; extat marmor colore fuſco, cinereo, aliiſque coloribus variegatum in loco dicto *Dourlers*.

Litantracis mineralia nuper reperta ſunt in vico *Flines les Mortagne*, Diœceſis (*i*) Came-

(*a*) La Meuze.
(*b*) Namur.
(*c*) Aveſnes.
(*d*) La Flandre.
(*e*) Namur.
(*f*) La Flandre.
(*g*) Maubeuge.
(*h*) Aveſnes.
(*i*) Le Cambreſis.

racenſis, intra urbes (*a*) Fanum Sancti Amandi & (*b*) Tornacum; extant duæ fornaces in locis dictis *Boſſenaux* & *la Roche*, aliæ duæ prope prædium *Chimay*, ſex in locis civitati (*c*) Philippopoli circumjectis, & quinque in loco *Couvins*, decem millia paſſuum ab eâdem civitate.

Fabricæ ferrariæ videntur in locis *Signy le Petit*, *Neuville au Tourneur*, *la Forge du Prince*, mille paſſus ab urbe (*d*) Rupe Regiâ, dictæ *Blangy*, duodecim millia paſſuum à prædio (*e*) Avennâ; S. *Michel*, decem millia paſſuum ab oppidulo *Vervins*; dictæ *Grat-Pierre*; *Watigny* eodem intervallo; duæ fabricæ in loco dicto *la Neuville*, octo millia paſſuum ab urbe (*f*) Rupe Regiâ; duæ aliæ in loco *Couvins* ſupradicto; aliæ mille paſſus ab urbe (*g*) Mariæburgo; duæ fabricæ in loco *Feronval*, octo millia paſſuum à civitate (*h*) Malbodio, *Lieſſies* Abbatiâ, quatuor millia paſſuum à prædio (*i*) Avennâ, & ſex millia paſſuum ab eodem loco dictæ *Eppe-Sauvage*; quatuor ad flumen quod dividit forum Tribuni Capitalis (*k*) Malbodii à prædio *Chimay*: ex his una vocatur *Willies* ſeu *Willehies* intra loca *Lieſſes* & *Eppe-Sauvage*.

(*a*) S. Amand.
(*b*) Tournay.
(*c*) Philippeville.
(*d*) Rocroy.
(*e*) Aveſnes.
(*f*) Rocroy.
(*g*) Mariembourg.
(*h*) Maubeuge.
(*i*) Aveſnes.
(*k*) Maubeuge.

Duæ officinæ ærariæ extant in loco *Courſobre*, ſex millia paſſuum à civitate (*a*) Malbodio, in alio dicto *Marpent*, quatuor millia paſſuum ab eâdem civitate diſtante, aliaque non longè ab iſto loco *Marpent*.

(*a*) Maubeuge.

FINIS.

Delphinatus, Pagin. 80
Lugdunenſis Provincia, 84
Alvernia, 87
Borbonenſis Ager, 93
Nivernenſis Prov. 94
Burgundia, 95
Campania, 101

Sex Tractus Galliæ adjecti.

Lotaringiæ Ducatus, 106
Burgundiæ Comitatus, 104
Ruſcinenſis Comitatus, 116
Arteſiæ Comitatus, 122
Alſatia, 125
Belgium Gallicum, 126